

Filol. Tai:

J. J. J. J.

L. 69.

XIX  
Bericht

über

# das Altstädt. Gymnasium

zu Königsberg in Pr.

von Ostern 1855 bis Ostern 1856. 185

Womit zur

öffentlichen Prüfung der Schüler aller Classen

am

17. März Vormittags von 8 $\frac{1}{2}$  Uhr und Nachmittags von 2 $\frac{1}{2}$  Uhr ab

und

am 18. März Vormittags von 9 Uhr ab

zugleich im Namen der Lehrer der Anstalt

ganz ergebenst einladet

der Director

**Dr. Johann Ernst Ellendt.**



Vorangeschickt ist eine Abhandlung von Dr. Richter: De supinis Latinae linguae. P. I.

---

**Königsberg, 1856.**

Druck der Universitäts-Buch- und Steindruckerei von E. J. Dalkowski.



**Ordnung der Prüfung.**



**Montag, den 17. März, Morgens von 8<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Uhr ab:**

- Tertia B.:** 1. Ovid. Fatscheck.  
2. Griechisch. Dr. Nitka.
- Quarta:** 1. Religion. Dr. Retzlaff.  
2. Latein. Dr. Möller.
- Quinta:** 1. Deutsch. Fatscheck.  
2. Latein. Dr. Richter.
- Sexta:** 1. Rechnen. Rosatis.  
2. Latein. Dr. Seidel.

**Nachmittags von 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Uhr ab:**

- Tertia A.:** 1. Latein. Dr. Retzlaff.  
2. Geographie. Dr. Möller.
- Secunda  $\alpha$ .:** 1. Griechisch. Dr. Retzlaff.  
— **a.  $\alpha$ .:** 2. Mathematik. Müttrich.

**Dienstag, den 18. März, Morgens von 9 Uhr ab:**

- Secunda a.:** 3. Latein. Dr. Kraus.
- Prima:** 1. Latein. Dr. Nitka.  
2. Geschichte. Dr. Möller.

Nach der Prüfung und einer Lateinischen Rede des Abitur. Kirsten erfolgt die Entlassung der Abiturienten durch den Director.  
Zum Schlusse wird der Singchor des Gymnasii einige Gesänge vortragen.

# De supinis Latinae linguae.

## P. I.

---

**C**ar. Lud. Struvio, Latinarum literarum auctori gravissimo, supina conquirenda esse existimanti <sup>1)</sup> assentietur opinor, qui, nisi plurimis vel potius omnibus collectis, nec quorum verborum supina in usu fuerint a quibusque verbis pependerit ad liquidum perduci nec qui scriptores ea aut frequentaverint aut raro vel nunquam admiserint, intelligi posse reputaverit. Hac causa motus sum, ut vel post A. G. Gernhardum <sup>2)</sup> rem denuo aggrederer, non quod absolutum iri sperarem, sed ut, quantum possem, ad has literas conferrem. Eo consilio legi Plauti Terentiique fabulas omniaque quae ante Ciceronis tempora scripta aut integra servata sunt aut ex iis quae perierunt restant. Praeterea Varronis, Ciceronis, Sallustii, Caesaris et Hirtii, Nepotis, Livii, Velleii Paterculi, Valerii Maximi libros, Senecae epistolas, Petronii, Frontini, Curtii, Taciti, Plinii minoris, Quintiliani de inst. or., Suetonii, Flori, Appuleji, Gellii, complures libros scriptorum historiae Augustae, Justinii VIII. priores libros, omnes Dictyos, Aurelii Victoris, Arnobii, Macrobbii Saturnalia, Hygini fabulas, complures libros Tertulliani, rei agrariae scr. ed Goes. 1614, inscriptiones lat. sel. ed. Orelli 1828. 2 Vol.

Poetas praeter eos, quos supra commemoravi, Lucretium, Catullum, Vergilium, Horatium, Tibullum, Propertium, Phaedrum, Persium, Juvenalem, Martialis libros quatuor priores, Syrum, poetas antiquiores in Wernsd. poet. min. 1791 et Weichert poet. reliq. 1791 consului.

---

1) Ueber die lat. Decl. u. Conj. 1823. p. 210.

2) Comm. gramm. de sup. et gerundio etc. opusc. Lips. 1836. p. 110—133, adde W. Wachsmuth. Von dem gerundio, supino und den damit verwandten Participien, in Athenaeo, Hal. 1816. p. 37—95.

Quae de ceterorum scriptorum usu significavi, ea aut aliis debeo, ut G. Vossio, Ruddimanno, Cortio, aut aliqua parte eorum, quae illi literis consignarunt, lecta ipse suppeditavi.

Atque ut jam ad rem propositam veniam, primum de nomine supinorum et origine ejus dicam, deinde de natura eorum et vi, tum cui orationis parti attribuenda, denique ab aliqua verborum forma repetenda sint necne. — His quaestionibus tractatis de supinis in tum exeuntibus separatim disputabo, de alteris alio et tempore et loco.

## I.

### De supinis generatim exponitur.

§. 1. Macrobius de differ. p. 2765. Putsch. de supinis et gerundiis dicens „haec forma“, inquit, „Latinitati non solum praestat ornatum, sed illud quoque, quod aliquid habere videatur, quod Graeci jure desiderent.“ Profecto illa Italorum propria et peculiaris sunt <sup>3)</sup>. Quod quum ita sit, factum est, ut Latini grammatici veteres, quos a Graecis magistris plurima petivisse constat, in hoc loco ab iis derelicti ne de appellatione <sup>4)</sup> quidem consentirent. Quae quo tempore usurpari coepta sit, parum est exploratum. Vetustiores quidem proprium nomen illis oculis dedisse non videntur. Neque enim qui primus <sup>5)</sup> eorem saltem, quae in *tu* exeunt, mentionem facit Quintilianus <sup>6)</sup> distincte illa designavit, nec Probus, qui tanquam auctor nominis nunc consueti a Diomede <sup>7)</sup> indicatur, eam auctoritatem appellationi paravit, ut posterioris temporis grammaticis una certa que evaderet. Nam ille ipse Diomedes, qui ut reliqui veteres magistri gerundia et supina nomine conjungit, vel participialia vel modum participialem, Charisius modo supina, modo adverbia, modo passiva impersonalia, denique participia, postremo verba infinitiva vocavit cf. Weissenb. l. c. p. 3. adn. 5.

3) cf. Th. Mommsen, römische Geschichte I. p. 11. „Eigenthümlich italisch und selbst dem Sanskrit fremd ist die in den Gerundien und Supinen vollständiger als sonst irgendwo durchgeführte Substantivirung der Zeitwörter.“ — Supina etiam in lingua Lituanica reperiri cognovi a viro harum literarum perito. Verbis illa eundi juncta consilium finemque movendi designant. Proprie in *n* (pro *m*) terminata eam litteram pariter atque nominis accusativi singul. amiserunt, ut „ist ejo setu“ i. e. egressus est, ut sereret, pro nativa forma setum vel setum.

4) De hac re Weissenborn. De gerundio et gerundivo Latinae linguae comm. Isenaci 1844. disputavit ita, ut rem perquam breviter attingere satis sit.

5) Nam Plinius major, incertum est, sitne hoc loco commemorandus; nescimus enim, num Charisius p. 168. Putsch. eum supina quoque comprehendisse significaverit „Plinius secundus inter adverbia qualitates posuit dicendo, legendo, al., quae quidam amplius verba putant.“

6) I. 4. 29 Quid? quod-verba-quaedam similitudo quiddam patiuntur vocabulis in adverbium transeuntibus, nam ut noctu et diu, ita dictu et factu. Sunt enim haec quoque verba participialia quidem, non tamen qualia dicto factoque.

7) p. 333. med. P. „haec eadem sunt, quae Probus Supina appellat merito etc. cf. p. 347 fin. Weissenborn l. c. p. 3. De Probo illo nihil constat.

Priscianus saepius quidem supinorum appellatione usus est, plerumque addens „vel participialia“, sed et ipse, quae nos vocamus gerundia illo nomine complectitur et utraque gerundia appellat<sup>8)</sup>. Phocas rarius vocabulum admisit<sup>9)</sup>. Servius in arte sec. Donati p. 1788 P., gerundia, Cledonius p. 1873 P. gerundi verba appellat, hic tamen praefert nomen participiorum vel participialium, Max. Victorinus, cf. p. 1948 P., Augustinus, Consentius eorum non faciunt mentionem. Macrobius denique de diff. p. 2765 P. „usurpativam verbi formam“ nuncupat, addens, a quibusdam gerundi modum vel participialem appellari.

Ut de recentioris aetatis grammaticis dicam, nomen supinorum ut proprium vindicavit gerundiorumque separavit Laurentius Valla<sup>10)</sup> (saec. XV.) qui vocabuli usus postea remansit<sup>11)</sup>.

§. 2. Sequitur, ut de origine nominis dicatur. De qua post Perizonium et Reisigium subtiliter disputavit Weissenborn l. c. p. 4 sq., cujus sententia haec est: „Stoicos philosophos, teste Schol. in Dionys. Thrac. *παθητικὴν διάθεσιν* ab athletarum statu etiam *ὑπὸν* dixisse, fieri igitur potuisse, ut a Latinis grammaticis supinorum vocabulum inde repetitum ad passiva, postea ad illa quoque significanda adhiberetur, quae vel forma vel significatione passivis essent similia, ut verba neutra, neutropassiva, neutralia passiva, — gerundia supina. Sed quum gerundia eerte plurimi illorum active significare docuerint, vel Prisciano<sup>12)</sup> accedendum esse, vel statuendum, ab iis illud nomen esse impositum, qui ut in verbis neutris quibusdam aut agentis aut patientis plenam in iis inesse significationem negarent.“

Hoc mihi quidem videtur probabilius, nam et Diomedes<sup>13)</sup> similem rationem secutus est, et illa Prisciani verba scrupulum movent. Neque enim ullo alio loco participia passiva vel ipse vocat vel vocata esse commemorat, neque, si in universum passiva supina dicta sint, quod minus probabile videtur, possit intelligi, quomodo factum sit, ut ad sola participia illa appellatio transferretur; denique grammaticos, qui et activam et passivam supinorum gerundiorumque, quae eodem nomine complecterentur, vim stauerent, ea potissimum passiva dixisse, mihi persuadere non possum.

Jam vero, quid alii hac de re senserint, videamus. Ac Scaligeri, Alvari, Sanctii, Baueri, Gernhardi<sup>14)</sup>, Auberti, Herzogii parum aptas esse conjecturas de-

8) cf. Weissenb. l. c. p. 3. adn. 6 et p. 4. adn. 9., qui Alcuino eandem rationem fuisse docet.

9) Weissenb. p. 4. adn. 8.

10) Elegantiae lat. ling. l. c. 28—29. Lugduni 1566. Weissenbornii (l. c. p. 4.) sententia his verbis continetur „neque vero ratione et consilio ducti neque quaestione de natura supinorum eorumque et gerundiorum differentia instituta, sed, id quod recte Alvarus et Vossius statuunt, personati illius Donati, cujus (tum conjugationum exempla circumferebantur et in scholis regnabant, auctoritatem secuti, supini nomen artioribus finibus circumscripserunt.“

11) Sanctius quidem in Minerva ed. Perizon. 1714. p. 460. (exeunte saec. XVI.) vuculas, de quibus dicimus, in numero gerundorum ponit, quae et ipse vocat supina.

12) Prisc. VIII. 9. 49. Krehl. „supina vero nominantur, quia a participiis passivis, quae quidam supina nominaverunt, nascuntur.“

13) p. 333 P. „quoniam nec certum — habent significatum.“

14) Opusc. p. 111—112: „Mihi quidem supinum substantivum pro obliquo infinitivo dici videtur, qui quasi recto infinitivo opponitur, ut rectis casibus apud Quintilianum obliqui casus etc.

monstravit Weissenborn l. c. p. 6. Multo minus probari possunt, quae alios proposuisse commemorat Saturnius Institut. VIII. 19. p. 347. Venet. 1556 „supina dicta velint, quasi sabina, quod sine tempore subeunt ex verbo ad participia atque verbalia“, vel „qui dicta putent quasi supereuntia etc.“ Nec majoris momenti sunt quae Ph. Melanchthon. in gramm. Lat. elem. (ed. 1566.) dixit „supinis videtur nomen inde factum, quod ante se casum non habent.“ Haec quidem de nomine supini et nominis origine.

§. 3. Jam de vi et significatione supinorum in universum disputabo; de singulis tum demum exponam, quum de utroque separatim agetur. Utraque igitur supina praeterquam quod pariter formata et declinata sunt, hoc habent commune, quod cum vocabulis iis, ex quibus pendent, ita sunt connexa atque copulata, ut tanquam unam cum iis notionem efficiant, veluti ambulatum ire, cubitum ire, schlafen gehen, etiam magis ultum ire, perditum ire, et facile factu, turpe dictu. Minus congruere videntur significatione, sed ejus quoque similitudinis vestigia apparent, nam Cato et Plautus verbis iisque motum significantibus, a quibus supina in tum finita regi solent, altera quoque annexuerunt, Cato R. R. 5 primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. (villicus), Plauti Men. II. 2. 5. Prius jam convivae obambulant ante ostium, Quam ego obsonatu redeo (obsonatus Pyl., opso C.), ibid. II. 2. 14. („obsonator adeo“ proximis juncta Alciat.) Cas. III. 5. 66.<sup>15)</sup> Similiter Statius Achill. I. 120. venatu rediturum. Hoc dicendi genus, quamquam vetustissimorum fere usu eoque raro est circumscriptum et jam apud eosdem frequentior est vulgaris alterius supini usus<sup>16)</sup>, tamen illis locis veram et propriam harum vocularum naturam cerni arbitror.

§. 4. Sed paulatim eam vim amiserunt ac plerumque adjectivis ut facilis, jucundus, aliis, paucisque substantivis<sup>17)</sup> subjunctae designant actionem aliquam, ad quam facilitatis, jucunditatis al. notio refertur, leicht in Bezug auf das Thun cf. Gernhard op. p. 114. Contra supina in tum finita verbis tantum aut se aut alterum movendi<sup>18)</sup> obnoxia consilium movendi designant (Zweck und Absicht der Bewegung)<sup>19)</sup>. Praeterea ad infinitivi naturam propius accedunt quam altera,

Ita hoc verbale grammaticos arbitror supinum appellasse, ut casu recto deficiente, duobus quidem casibus constans verbale propria voce iusignirent. —

15) Supinum obsonatum Plautus adjunxit verbis eundi, pergendi, mittendi cf. §. 15.

16) Apud Plautum inveniuntur: iteratu, memoratu, habitu, cultu, dictu esu, factu, promptu, aggressu, auditu, inventu, apud Terentium expurgatu, dictu, factu, jactu, inceptu, scitu, apud Attium perpeusu, dictu, apud Ennium dictu, apud Lucilium adspectu, natu (?), apud Catonem nulum hujus generis supinum. —

17) Vetustiores habent „opus est“, Ciceronis aetate „fas, nefas est“ dictum est, Prudentius Apoth. 822. scelus est dictu.

18) Quo jure Wachsmuth. in Athenaeo p. 88. et Hoffmannus in Jahni annal. VII. 3. p. 254. „factum oportuit“ in hoc genere ponant, ipsi videant.

19) Hoc quidem negat Ramshornius, allgemeine Schulzeitung 1833 p. 776 „venio te hortatum drückt nicht die Absicht aus (dann wäre das Supinum ganz überflüssig), sondern die Ueberzeugung vom Erfolg, die Gewissheit, die Ueberzeugung, dass die Sache bald geschehen sein wird, wie der Deutsche sagt, (sic) ich komme, um dich ermahnt zu haben, und lateinisch te commouerim. Dieser Begriff der Vollendung tritt noch mehr im Supin. 2. hervor etc. Haec non placet; quis enim ambulatum ire isto modo interpretetur et illud „venio te hortatum“ ita interpretandum esse cujusvis loci sententiae inita ratione evicerit?

nam et accusativos regunt sicut ille et terminationes eorum ab infinitivis non esse alienas, linguae cognatae ratio ostendit <sup>20</sup>). Altera contra supina non admodum a vulgaribus quartae declinationis substantivis verbalibus et ab iis, quae in *io* cadunt, differre sed commutari cum utrisque in altera commentationis parte ostendam <sup>21</sup>).

Tertium discrimen est significationis activae aut passivae alteriutri supinae aut vindicandae aut abrogandae. De quo loco multae exstiterunt controversiae. Diomedes et Charisius supinis cum activam tum vero passivam vim attribuant. Et ille quidem p. 333. P. (cf. p. 1.) ab impersonalibus ea re differre dicit, quod non solum „agentis sed etiam patientis habeant significatum, ut dictu mirabile monstrum, quod est mirabile, dum dicitur“ Utramque significationem iis concedit in declinatione verborum p. 345, 349, 350, sejungit autem p. 355 in passivis sublatum, in activis p. 354 tollendi, o. ponens, minus perspicue p. 357 et 358 in activis ferendi, latum, u, in passivis tantum latum, u afferens.

Similiter fluctuat Charisius cf. p. 144, 145, 146—150 P.: supina activa, ut adverbium audiendi, audiendo, passiva auditum, auditu.

Priscianus denique, ubi VIII. 9. §. 46 K. gerundia, quae nunc dicimus, tam activam quam passivam significationem habere docuit, §. 47. pergit: „Et in *um* quidem eandem significationem fere habet, quam in dum desinens cum praepositione ad. Quid est enim venatum nisi ad venandum, quaesitum nisi ad quaerendum.“ Item §. 48. de altero supino: „Quid enim est mirabile visu nisi visione? Visio enim tam ex actione quam ex passione potest fieri“, et paulo post „sicut autem supra docuimus, communem habent significationem ab activis vel communibus nata, ut oratum *πρὸς τὸ παρακαλεῖν καὶ πρὸς τὸ παρακαλεῖσθαι*, oratu *ἀπὸ τοῦ παρακαλεῖν, καὶ ἀπὸ τοῦ παρακαλεῖσθαι*. Idem enim significamus.“

§. 5. De supinis in *tu* cadentibus adstipulor, de alteris non item. Quae si vulgo passive significarent, unde accusativum haud raro additum pendere diceres? Nihilo secius Scaliger de causis p. 293. (Lugd. 1540.) supinum „passionem sapere“ dicit, neque enim „eo factum injuriam“ significare „eo ut faciam“ sed „ita ut factum jam sperem“ Ceterum parum sibi constat, qui altero loco „actionem cum activis, passionem cum passivis“ significare existimaverit. Recentiore tempore utrisque supinis passivam naturam tribuunt Gruber. (Schulzeitung 1833. p. 1169) et Haasius <sup>22</sup>) (ad Reisigii libr. N. 279 et 598) passiva formatione motus; hic tamen concedit, illam vim sensim evanuisse activamque obtinuisse principatum.

Contra Gernhardus op. p. 113. „ludos“, inquit, „spectatum eo pro ad ludorum spectationem, h. e. spectandi morem, finem, negotium secuturus. Ita sentis et hominis actionem et rem homini propositam tam scite significari, ut passivi

20) Curtius, Zeitschrift für Alterthumswissenschaft 1845. N. 48. linguae sanscritae infin. in *um* exeuntem comparat cum quarto casu substantivi abstracti cf. Humboldt indische Bibl. II. p. 97. apud Lübker, gesammelte Schriften p. 139.

21) Jam hoc loco confero Quintil. VIII. 3. 16. „auditu pulchrius“ et paulo post: ipso auditu aspera; Tac. hist. I. 30. neque enim relatu virtutum opus est, Plin. Ep. VI. 23. strepitu visuque jucunda cf. Naegelsbach, Stilistik §. 31. I. Auf.

22) adde G. Schuster, lateinische Syntax nach den Grundsätzen Gottlings. Jena 1854. p. 78 sq.

supino non opus sit, quod nonnulli temere interpretando in eodem supino inesse opinati sunt.“ Neque aliter judicarunt Krueger. *Grammatik der lat. Sprache* §. 483, Kuehner. *Schulgramm.* §. 130. 2, Madvig §. 411 ed. I., Billroth. ed. III. §. 293, Ferd. Schultz. §. 425, alii. — Trium locorum a Ruddimanno I. p. 308 ed. Stallb. aliisque allatorum, qui videntur obstare, Plautino *At* III. 3. 9. coctum ego non vapulatum conductus fui, non adducimur, ut supino passivam vim tribuamus. Nam quum illud verbum sit neutrale passivum, in ejus supino quoque inesse patiendi significationem, quis miretur? Apud Martialem quidem XI. 7. 13. alia ratio est, sed nescio an lascivus poeta libidinosam mulierem viros ultro petentem novo modo, quod passura esset, acturam dixerit. Tertius locus est Gellii III. 2. 12: „Q. quoque Mucium-dicere solitum legi, non esse usurpatam mulierem, quae, cum Kalendis Januariis apud virum matrimonii causa esse coepisset, ante diem IV. Kal. Jan. sequentes usurpatum isset: non enim posse impleri trinotium, quod abesse a viro usurpandi causa-deberet.“ Hic, quum verba transitiva, non addito objecto, quod cogitandum sit, nonnunquam intransitivorum naturam induere videantur, ut augere idem significet, quod augeri, mutare, quod mutari, abdere, quod se abdere, recipere, quod se recipere<sup>23)</sup>; et „usurpatum ire“ dictum puto pro „se u. i., id est usucapionem interrumpere et „usurpandi causa“ pro se u. c., id quod legitur in iis, quibus illud Gellii caput inscriptum est. Pariter, si salva sunt Plauti *Truc.* II. 2. 15. advenisti huc sistentatum cum exornatis ossibus, „te“ mente supplendum est, sed v. §. 15. „sistentatum.“ Item ex iis, quae antecedunt, cum Drakenborchio pronomen facile cogitando repeteremus *Liv.* VIII. 28. 2: cui cum se C. Publilius ob aes alienum nexum dedisset, nisi praestaret id vocabulum cum Weissenbornio participium, prolepsi, quam dicunt, positum haberi. De loco *Liv.* 22, 38, 3. cf. §. 15. „centuriatum.“

Hi omnes igitur loci non sunt ii, ut supinis in tum finitis passivam vim vindicent. Et activa quidem non solum iis, quae objectorum loco adjici solent, sed etiam ex ea re cognoscitur, quod unumquodque supinum enuntiatione, cui sit sententia activa, facillime et aptissime circumscribamus; nam contraria interpretandi ratio non est illa quidem prorsus improbanda, minus tamen ad dicendi consuetudinem accomodata, ut si „missus est exploratum“ cum Schustero l. c. p. 79. circumscripseris enuntiatione „ut exploraretur“, non activa, vel si „potum agunt oves“ idem esse dixeris, quod „ut ab iis potetur“ non quod „ut potent.“ Quid si Ovidius in *Arte am.* I. 99. mulierculas perstringit hoc modo: „spectatum veniunt, spectentur ut ipsae“<sup>24)</sup>, nonne supinum ut activum opposuit passivo tempori praesenti? Haec de supinis in tum finitis.

§. 6. Ex alteris illa quidem, de quibus supra diximus, cubitu surgere, obsonatu redire active significare patet. De vulgaribus aliter statuendum est.

23) cf. Weissenborn, *Schulgramm.* 1838. §. 101, Kuehner §. 105. 2. cf. Scioppij *gramm. philosoph.* Amstel. 1685. p. 45. In hoc numero ponendum est lavandi verbum. Nam quum lavabat (Plaut.), lavit (Terent.), alia intransitivorum vices sustinent, tum lavatum ire pro eo, quod nusquam legitur, se lavatum ire saepe apud Plautum, Terentium, alios reperitur cf. §. 15. „lavatum.“

24) Cum hoc loco componere libet Tertull. de *spect.* 25. „nemo denique in spectaculo in-eundo prius cogitet nisi videri et videre.“



Seneca Epist. 104. 24—25. versum Verg. Aen. VI. 277. „terribiles visu formae letumque labosque“ bis affert, haec addens „egregie Vergilius noster: non re dixit terribiles esse, sed visu, id est videri, non esse.“ Priscianum quidem et Diomedem activam vim non exclusisse supra vidimus; posteriores grammatici usque ad G. Vossium patiendi significationem solam posuerunt. At ille de Anal. III. 12. (Amstel. 1662.) actionem crebrius indicari vult, Saturnius inst. VIII. 12 et 14. „pleraque si a verbis neutris et deponentibus oriantur, passivae significationis esse, si ab activis activae“, Ruddimannus I. p. 308. adn. 1. utramque potestatem admittit, Sanctius vero (Min. III. 9. p. 466.) Vallae, opinor, subirascens „delirant“, inquit, „qui dicunt, hoc supinum significare passionem.“ Cujus probri periculum subire non dubitarunt viri prudentissimi Haasius ad Reisig. N. 598. Zumptius §. 668 et 670, Ferd. Schultzius §. 425., qui ea potissimum causa adducti, quod casum regere non posset, passivam vim ei attribuerint.

Contra Seyfert<sup>25)</sup>, Krueger §. 484. adn. 3., Billroth. §. 293., Kuehner §. 130. 3. etiam alterius supini vim esse activam affirmarunt. Utramque potestatem cum Prisciano Weissenborn. gramm. §. 324. adn., Wachsmuthius in Athen. I. p. 73., Gernhardus op. p. 114. adn. statuerunt: quam rationem, ut sequamur, suadet cum Latini sermonis usus — dicitur enim invenire et inveniri facilis, licet hoc videre et licet cognosci, nunc decet caput impedire myrto, et capi decet —, tum Graecae linguae similitudo<sup>26)</sup>, ut Platonis λευκός ἰδεῖν a Lobeckio Paralip. p. 528. componitur cum Horatiano „niveus videri.“ — Iliad. X. 402. οἱ δ' ἀλεγεινοὶ ἀνδράσι γε θνητοὶ δαμῆμενοι et XXIII. 655. ἦτ' ἀλγίστη δαμάσσοθαι; utrobique Latini vertenti supino uti licet<sup>27)</sup>. Quod nusquam accusativus adjectus est, ejus rei non passiva quaedam vis causa videtur esse, sed ipsius natura atque indoles, quam supra adumbravimus. Etenim adjectivi ejus, quocum arctissime conjungitur, potestas multo superior est et id ipsum attributi sive, ut nunc dicunt, praedicati vices sustinet pendetque ex subjecto, quod est aut substantivum vel pronomen aut tota enunciatio, ut difficile dictu est, quid sit verum cf. Krueger gramm. §. 484. adn. 1., unde facile intelligitur, cur non sit, quod subjungatur supino in tu exeunti. Alia conditio est supini prioris, quod gravius est quam verbum, ex quo pendet. Hoc nisi esset, fieri non potuisset, ut eundi vis in ultum, perditum ire, et in infinitivis futuri passivi, qui vocantur, prope evanesceret. Attributi igitur vices gerit magis quam ipsum verbum regens sibi que adjungit objectum. —

§. 7. Ex iis, quae de natura supinorum exposui, cui orationis parti sint adjungenda, facile cognoscitur. De qua re veterum grammaticorum, si a Prisciano discesseris, mirum est, quanta fuerit fluctuatio. Atque Charisius quidem, ubi p. 144 P. de activi iudicativis, subjunctivis, optativis, infinitivis dixit, „supina“

25) Seyfert „auf Geschichte und Kritik gegründetete lat. Sprachlehre 1800. §. 1315 et 1316.

26) Longius progreditur Rott Zeitschr. für Alterth. 1855. N. 45. assentiens Haakio, Beiträge zur Neugestaltung der Griech. Gramm. 2. Heft 1852. „die Begriffe des Thuns und Leidens sind nicht einander ausschliessende Gegensätze; es ist vielmehr jedes von beiden mit dem andern behaftet.

27) In nostro quoque sermone activa interdum passivorum munere fungi notum est. Cf. Schroetensack, Grammatik der neuhochdeutschen Sprache. §. 64. 1856.

inquit „aut adverbialia“ et p. 145 P. de passivis formis exponens „passiva impersonalia amatum, u. Utroque loco et p. 146. a participiis discernit, sed p. 147. allatis, quae vocat, supinis premendi, o, pergit: participia pressum, u, et p. 153: „Quidam putant verba infinitiva, alii inter adverbialia qualitatis posuerunt.“ Illis ipse accedit p. 158. Diomedes p. 333. P. participialem modum supina efficere vel participialia esse dicit cf. p. 345. 347. 349. 350 P. — Servius p. 1788 P. quum „gerundiva“ participia passiva esse negaret, forsitan sit etiam supina complexus. — Max. Victorinus p. 1948 P. „gerendi modum“ ponit. Macrob. de diff. XIX. 23. (Janus): „participium vel gerundi modum.“

Multo clarius, ut assolet, Priscianus, VIII. 9. §. 44: „Gerundia quoque vel participialia, cum participiorum vel nominum videantur habere casus obliquos, nec tempora significant, quod alienum est a verbo, legendi, o, um, lectum, u, infiniti vice tamen funguntur, quod solet apud Graecos articulis conjungi.“

Jam afferuntur gerundia, quae nos dicimus, supinum nullum, ut, quae dicit §. 45. „ex quo ostenditur, magis nomen esse, quam verbum“, ad illa sola referenda esse, quispiam dixerit. Sed ad ipsa supina transgreditur §. 47. „Praeterea ex forma participiorum praeteriti temporis duae terminationes inveniuntur, quorum prior in um, altera in u finitur.“ Comparat deinde „venatum ire“ cum „ad venandum, i.“ — Tum „videtur tamen hoc quoque quasi ipsius rei esse accusativus et sine praepositione proferri, quod quasi ad locum habet significationem, quemadmodum propria nomina civitatum etc. — Sequens vero forma, quae in u terminat, ablativus mihi videtur ipsius nominis, quo ipsa res significatur, carens similiter praepositione. Quid enim est mirabile visu, nisi visione?“ Adde de XII. vers. Aen. VIII. 155 K. „gerundia vel participialia nomina, nutriendi, o, nutritum, u.“

A Quintiliano „verba participialia“ esse nominata et cum adverbis comparata, a Plinio majore fortasse in numero adverbiorum qualitatis posita, supra demonstravimus cf. §. 1. adn. 5 et 6. Inter posteriores grammaticos Laurentius Valla, Eleg. I. 29. Prisciano existit adversarius, non nomina, a quorum natura essent aliena, sed verba esse existimans, non probante Vossio Anal. III. 11., qui etiam Saturnii sententiam, peculiarem orationis partem a verbis nominibusque diversam supina efficere merito explosit, ut Schmidtus<sup>28)</sup> et Haasius Stallbaumii qui in addit. ad Ruddim. Inst. p. 276. adn. 75. eandem viam ingredi non dubitavit. — Scaliger de causis L. L. 144. p. 293 et 294. supina priora in verborum numerum refert, altera vero nominibus aggregare videtur. Linacer de emend. struct. L. L. I. p. 62. Basil. 1539. participialia vocat nec certo vocabulorum ordini adjungit. Ut igitur omnia una comprehensione complectamur, supina a plurimis fere vetustioribus grammaticis participialia i. e. participiis similia habentur, certae orationis parti aut non assignantur, aut modum quandam verborum efficere aut adverbialia<sup>29)</sup>

28) Hallische Literaturzeitung. 1826. N. 259. p. 410.

29) In adverbis sup. numerata esse veterum grammaticorum rationi consentaneum est; non solum enim domi et noctu, sed etiam Romae et Romam adverbialia esse putant cf. Charis., p. 167. Diomed. p. 400, Donat. ed. sec. p. 1761, Cledon. in arte p. 1875, de parte orat. p. 1922 et 1926, Maxim. Vict. p. 1951, Alcuin. 2123 cf. Macrob. de diff. p. 2758.

esse (qualitatis) dicuntur. Aliis participia, infinitivi aliis videntur, a Prisciano vero in nominum numero perspicue ponuntur.

Posteriorum grammaticorum alii verborum ordine ea comprehendunt, alii novam iis orationis partem effici opinantur, alii denique et nunc quidem optimus quisque cum Prisciano nomina substantiva quartae declinationis esse arbitrantur et ita quidem, ut in tum desinentia sint accusativi, quos analogiam habere ostendam §. 10 sq., altera vel dativi vel ablativi. —

§. 8. Reliquum est, ut quaeramus, utrum supina an participia formatione cognata principalia habenda, illa ab his, an haec ab illis orta sint. —

Priscianus, qui VIII. 9. §. 49 K. planissime <sup>30)</sup> dicit, supina a passivis participiis nasci, sibi repugnaus XI. 4. 16. <sup>31)</sup> aliisque locis participia et fut. act. et perf. pass. a supinis repetit. Quodsi a Prisciano destituimur, quid a Diomede, Charisio, aliis expectabimus? Ne recentiore quidem tempore, quid de hoc loco iudicandum sit, certum esse et exploratum videtur. Etenim quod supinum in lexicis, quae vocantur, et grammaticis tanquam una ex quatuor primariis verborum formis, ex quibus ceterae originem repetant, indicatur, noli putare, ut a perfecto activi plusquamperfectum ducat originem, sic a supinis nata esse participia et perf. pass. et fut. act. cf. Zumptii gramm. §. 153. adn. 1850. — Neque enim supinis, quae raro inveniantur quibusque sermo Latinus facilius carere potuerit, probabile videtur nata esse illa participia, ex quibus participii perfecti quidem usus sit frequentissimus.

Aliquanto verisimilius est, quod cum Ramshornio (Allg. Schulzeit. 1833. p. 776.) voluit Dziadek <sup>32)</sup> ad participia perf. tanquam ad etyma referenda esse. Hoc si Zumptius §. 153 adn. ideo improbavit, quod non essent verborum intransitivorum participia perf. pass., non consideravit vir doctissimus, itum est, ventum est, alia haud raro usurpari. Sed ne Dziadeki quidem assentior, quum ei argumento, quo sententiam suam maxime firmari putavit, fides habenda non sit cf. supra adn. 32., cetera vero, quae attulit, non ea sint, ut nobis persuaserit.

Quae cum ita sint, nescio an statui oporteat, neutra ab alteris orta sed utraque e primigenia quadam verbi forma quasi ex fonte emanasse et syllabis tum (i-tum) aut sum esse efficta. Sed de hac re videant ii, qui linguarum originem et cognationem perscrutentur <sup>33)</sup>.

30) Minus perspicue VIII. 9. 47: „praeterea ex forma participiorum praeteriti temporis duae terminationes inveniuntur, quarum prior in um“ etc. Haec ad similitudinem utrorumque possunt referri.

31) „Sciendum, quod si deficient supina, deficient etiam participia.“

32) De nonnullis locis grammaticae Latinae Conitz 1836. p. 4. „Maxime autem hac re ad illam sententiam adductus sum, quod supinum a plurimis verbis neutris abest, quippe quae solam tertiam passivi personam singularem et etiam hanc perraro admittant, quum tamen, quominus supinum et participium fut. act. formetur, nisi illam legem Latini secuti sint, nihil obstet.“ Illud de intransitivis non probatur, nam satis multa intransitivorum verborum supina reperiuntur, ut in prima conjug. ambulatum, aestivatum, cacatum, cessatum, coenatum, cubitum et composita, exulatum, hiematum, hibernatum, militatum, alia cf. §. 15 sq.

33) Jam supra, cf. adn. 20. commemoratum est, infinitivum in lingua Sanscrita in tum terminari. Is semper activam vim habet et cum supino I. comparatur pariter atque gerundium in twa

§. 9. Ceterum Zumptio §. 153 adn. assentiendum puto, non esse, quod in libris iis, qui pueris discendi causa scribantur, consueta illa et inveterata quatuor formarum principalium ratio mutetur; flagitandum autem est ab iis, qui Latinae linguae thesauros condituri sint, ut singulorum verborum indicent primum participium perf. pass., deinde participium fut. activi<sup>34)</sup>, tum supinum et alterum et prius, commemorato, ubi hoc ad id dicendi genus est adhibitum, infinitivo fut. pass.<sup>35)</sup>, quem dicunt. — Nam aliter de vocabulorum declinatione certum iudicium fieri non potest. Quotum enim quodque verbum est<sup>36)</sup>, ut de supinis tantum dicam, cujus utrumque supinum in usu fuerit? Cave enim credas, quae a veteribus grammaticis participiorum formandorum causa promta sint, ab ipsis vera supina esse habita. — Ita ex supinis in tū exeuntibus, quae Priscian. XI. 4. 16 sq. posuit, ut inde syllaba rus adjecta participium fut. act., additas 3 litera et correpta u participium perfecti originem duxisse demonstraret, haec tantum in antiquorum scriptorum libris inveni: potu, fatu, esu, factu, lectu, auditu, et quod in verbis compositis quidem declinandis usurpatum est „latu“ (re-trans-prolatu). Non inveni: anatu, coenatu, domitu, potatu, statu, crinatu, osculatu, deletu, doctu, gavisu, placitu, pransu, ratu, veritu, mersu (gravia demersui Appul.) nuptu, partu, pexu, rutu, locutu, moritu, ortu, molitu. Eorundem verborum supina priora reperi haecce: coenatum, lavatum, potum et potatum, crinatum, esum, factum, latum in compositis, nuptum, locutum, (mortuum?), auditum. Locos singulos in altera hujus commentationis parte, ad quam sum transiturus, indicabo.

## II.

### De supino utroque separatim exponitur.

Particula prior.

#### De supino in tum finito.

§. 10. Priusquam supina in tum exeuntia, quae sunt in iis libris, quos legi, a veteribus scriptoribus usurpata, afferam, nonnulla praemittenda esse putavi.

formatum cum supino altero. Proxime accedunt in Prussorum prisca lingua infinitivi terminationes ton vel tun et twał. Conferri possunt infinitivi ejus sermonis, quo nunc utuntur Persae, in den aut ten finiti. Haec aliis debeo. —

34) Hoc non omittendum esse censet Zumptius. Nunc quidem indicari non solet, nisi cum aliter declinatur atque participium perf., aut id ipsum non reperitur cf. Priscian. XI. 4, velut moriturus, oriturus, pariturus, ruiturus, cariturus, sonaturus, secaturus, juvaturus et adjuvaturus pro adjuturus, luiturus, hauriturus et hausurus. Abnuiturus, disciturus (Appul.), visiturus (inscr. Orell. 4819). —

35) Eum infinitivum rarius inveniri ostendi §. 28.

36) Equidem haec inveni: cubitum, u, obsonatum, u, potum, venatum, habitum, visum, actum, captum, defensum, depromptum, esum, factum, prolatum, cognitum, petitum, quaesitum, inquisitum,

## Caput I.

## De accusativo, in quo positum est Supinum.

Supinum in tum desinens substantivi verbalis quartum casum esse supra (§. 7.) commemoravi. Eum casum a sermonis Latini natura non alienum esse demonstraturus primum affero vetustissimum illud Attii v. 599. Ribbeck. fragm. trag. N. 185. 6. „jussit proficisci exsilium quovis gentium“, quod nemo non componet cum consueto „exsulatum ire.“

Altero loco, Catull. 33, 5. „cur non exsilium malasque in aras Itis,“ nescio an praepositio, cui est alterum nomen subjectum, quodammodo ad alterum possit referri. Deinde non omittendum est, Turnebum pro obvagationum ito“ (XII. tab.) conjecisse „obvagationem ito“ cf. adn. 60.

§. 11. Proximae sunt illae locutiones *infittias ire*<sup>37)</sup>, *suppetias ire*, *exsequias ire*.

Substantivum „*infittias*“ a Charisio p. 73. P. in monoptyotis positum et in Philoxeni gloss. per ἀρνῆσιν versum non reperitur nisi cum eundi verbo junctum<sup>38)</sup> estque inprimis a Plauto, bis a Terentio, semel a Nepote, praeterea a Livio, Curtio, Quintiliano, Vellejo, Tacito, Frontino usurpatum. Locis a Klotzio (Handwörterbuch v.) et Bonnellio (lex. Quintil.) allatis addo Liv. IX. 9. 4.; X. 10. 8., Curt. VI. (VII.) 1. 8., Gell. II. 26. 27.; IV. 18. 6.; VII. 8.; X. 19.; XII. 2.; XVI. 9.; XIX. 8. Tertull. Apol. X. init. Macrob. Sat. I. 4. 24., III. 16. 5., VII. 6. 3. Alterum „*suppetias ire*,“ quod congruit cum supino *suppetiatum ire*, legitur in Varron. fragm. 304 Bip. N. nefantia, Hirt. Afr. 39 et 41., *suppetias* accurere Appul. Met. 9., occurrere Hirt. Afr. 66. („*suppetiatum* decurrunt“ Appul. dixit). Hirtius, illius vocabuli cupidissimus etiam venire, Afr. 5. proficisci 25. mittere 75 cum eo colligavit, Plautus Men. V. 7. 31. s. advenire posuit.

Ceterum illius substantivi et casus rectus in usu erat et quartus non hoc tantum modo usurpabatur. Etiam dativus et ablativus reperiuntur vocabuli „*exsequiae*,“ quod in hoc dicendi genus adhibitum cum eundi verbo Terentius, Ovidius, Silius semel quisque copulaverunt cf. Luebker. in Klotzii lex. v. — Cicero harum locutionum posuit nullam, nam quod *exsequias* prosequi dixit, cum *supinis* non est comparandum.

§. 12. Praeterea analogiae causa afferenda sunt vocabula *venum* et *pezzum*.

---

auditum, haustum et hauritum Appul. Met. 2. 31. — Addo commemoratum et memoratum, attractatum et tractatum, dejectum et jactu, rescitum et scitu; nunciatum et pronunciatum, purgatum et expurgatum, sponsum et responsum; concessum et accessum Arnob. I. 63, suggestum et digestum, conventum iri et inventum.

37) Comparandum cum „*negatum ire*“ (Liv. n. iri).

38) Torrent. in Digestis „non calumniarum causa ad *infittias ire*“ scripsisse commemorat“ Forcellinius v. — Apud Macrob. Sat. I. 4. 24 S. habet in *infittias ire*. Librarii saepe hoc dicendi genus conturbaverunt cf. Liv. VI. 40. 4., IX. 9. 4.; X. 10. 8. v. interpr. ad XXXI. 31. 9.

Venum, *cujus dativus*<sup>39)</sup> et *ablativus* „veno“ apud Tacitum, ac *dativus veni* apud Appulejum<sup>40)</sup> reperiuntur, quamquam scriptura non satis ubique certa est<sup>41)</sup>, Valla I. 28, Saturnius VIII. 7, Sanctius III. 9. *supinum esse* putarunt, *secuti opinor Priscianum*, qui p. 907. P. „*veneo quoque secundum analogiam venitum*<sup>42)</sup> debet *facere, pro quo magis est venum in usu.*“ At *supinum non cadit in um, sed in tum vel sum.* Est igitur nomen triptoton, quod dicunt, cum verbis dandi et eundi saepissime vel conjunctum vel coalescens, ut *venum dare, vendere.* Hoc ante Ulpianum et Paullum in praesenti tempore passivi generis non esse usurpatum dicit Lachmannus ad Lucret. p. 121<sup>43)</sup>. In locum ejus succedit *venire*, *cujus imperfectum „veniebam“ aliquot locis librorum fide muniri commemorat Zumptius §. 216 adn. Adde Cael. Sabin. apud Gellium VI. (VII.) 4. 3. ed Hertz*<sup>44)</sup>. „*Vaenierit*“ inveni apud Afranium, Ribbeck. com. rel. 6. N. 76. 20. quamquam scriptura non satis certa est. Praeterea legitur in cod. Morel. Cic. de Fin. II. 31. 39. *vaeneantur pro convincuntur*<sup>45)</sup>.

Mirum illud „*veniri*“, *cujus Diomedes mentionem facit, usurpatum est a Plauto fragm. 35. ed. Gronov. et a Titiano, cui Struvius p. 85. vindicavit. Adjicio tertium locum Inscr. lat. Orell. 4388 veto veniri, veto donari.*

Discreta vocabula apud Ciceronem non inveniuntur<sup>46)</sup>, apud Sallust. (Jug. 28. 1.) *venum ire optimi libri tuentur, legitur Liv. III. 55. 7. Gell. II. 18. 9. IV. 2. 8.; XX. 1. fin., venum solitos ire VII. 4.*

Multo magis in usu erat *venum dare, vel sic vel venumdare, vel venundare scriptum, maxime participium venundatus Sall. Jug. 91., Propert. IV. 18. (III. 19) 21, octies apud Livium, ut IV. 34. 8., Gell. IV. 2. 6., nonnunquam interponuntur vocabula, ut Liv. XXIV. 47. 6. venum a principibus datos Poeno, Sall. fragm. I. 15. ed Gerlach.: praedam venum aut dono datum.*

Venundare Nep. Dio. II. 3.; Liv. 26. 34. 11.; 34. 50. 5. Orell. inscr. 2488. (u. c. 696.) Gell. I. 19., Caecil. Stat. 142. Bothe, Tac. Agr. 28. aliisque locis, quos affert Nipperd. ad Annal. IV. 1. cf. Ann. XVI. 31. De „*veno dedisse*“ supra dixi. — *Raro alia verba illud assumunt: venum pecus egi Pacuv. v. 121. Ribb. N. 490. 16., sed voc. „egi“ parum certum est; venum ducier Plauti fragm. Lenones gemini Gronov. p. 1133.; venum asportare Pl. Mit. II. 3. 19.; bona venum distrahuntur Gell. XX. 1. 19.*

39) cf. Nipperd. ad Tac. Ann. IV. 1 et 3.

40) cf. G. Voss. de Anal. III. 33.

41) cf. Tac. Ann. IV. 1, XIII. 31., XIV. 15.

42) Hoc usurpasse Sedulium hym. I. 21. commemorat Ruddim. I. p. 256.

43) Struvius l. c. p. 86. se ultimum locum reperisse negat, in quo „*vendi*“ vel similia essent. Nescio an ab aliis jam indicatum sit Claudian. in Eutrop. I. 38. „*dum vendi potuit.*“

44) Gell. II. 18. 9. in quibusdam libris est *pro venum ierat.*

45) Alio errore „*venerunt*“ pro „*venierunt*“ saepe scriptum est a librariis, ut Liv. II. 17. 6.; XXIII. 37. 12. *venit* pro *venit* II. 17. 6., *venire, venere, venuere* pro *venire* V. 16. 7.; IX. 42. 8., *venerit* pro *venierat* Cic. de Juv. I. 45. 85., *veniunt* pro *veneunt* Cic. Phil. II. 39.

46) cf. Orellium ad Cic. de off. III. 16. 66. ubi Gernhardus „*in venundando*“ scripsit.

§. 13. Ut de altera voce dicamus, pessum est monoptyoton, de cuius natura alii aliter iudicant. Scioppius <sup>47)</sup> quidem et Cortius ad Sall. Jug. I et 59 supinum esse opinati nobis non persuaserunt, Reisigius cum *πεσῆν* congruere putat, Doederleinus ex „perversum“ ducit, cui adversatus Duentzer <sup>48)</sup> ex per et syllaba affixa constare existimat, alii denique ut G. Vossius, quod videtur verisimillimum, a *βύσσοσ* repetiverunt. Pessum dare plerique scriptores dixere, cf. Hudemann in lex. Klotz. v. Addo Pacuv. v. 320. Ribb. ap. Prisc. I. p. 208., Caecil. Stat. v. 49. R. N. 514. 8. Plauti Bacch. III. 3. 3., Pers. IV. 9. 3., Rud. II. 6. 23. III. 2. 3., Trin. I. 2. 128., Ter. Andr. I. 3. 3., Cic. pro Scauro II. §. 45., Sall. Jug. 42., Val. Max. I. 8. 7. 2., Ext. 1., Tac. Ann. I. 9., III. 66., Petron 43., Florus I. 46. (III. 12.), pessum dare ad aliquid cf. Fabri ad Sall. Jug. I. 4. — Pessum ire praeter Plautum, Columellam, Senecam, Plinium, Petronium, Silium cf. Hudemann l. c. et Cortium ad Sall. Cat. 36. posuerunt Tac. Ann. I. 79. Tertull. ad Nat. I. 9.

Pessum abire: Pl. Aul. IV. 1. 12., Rud. II. 3. 64.; Truc. I. 1. 12., Tertull. Apol. 40., Hygini fab. 125. fin., pessum premere invenitur apud Plautum, agere apud veterem poetam dejicere apud Appul., mergere apud Prudent., sidere apud Senecam aliosque cf. lex. — per mare pessum Subsedere — urbes Lucret. VI. 589., ubi, quod Wakef. placuit, „passim“ a Lachmanno ne commemoratur quidem. —

§. 14. Praeterea urbium nomina post verba movendi in accusativo sine praepositione posita non omnino a supinorum ratione sunt aliena. Accedunt aliorum locorum regionumque appellationes non a poetis tantum pariter adjectae <sup>49)</sup>. His denique licet non solum nomina propria locorum, sed etiam appellativa illis verbis conjungere, ut Lucr. VI. 743. quod loca cum venere volantes <sup>50)</sup>. Plautus adeo dixit: abierit malam crucem Poen. III. 6. 4. et „malam crucem 160“ in ead. fab. Quid si pedestris orationis scriptores ab hoc dicendi genere non abhorruerunt? Nam et Sueton. Vesp. 14. „abire morboniam“ dixit et Appulejus haec scripsit: Met. I. 4. proximam civitatem pervenire, ibid. II. 42.: cum primum plateam vadimus, item de dogm. Plat. II. 616., v. Oudend. — V. Lobeck. ad Ajac. 289. p. 213. — Sed jam tempus est ad ipsa supina progredi. —

## Caput II.

Supina in rum terminata afferuntur.

Verba literarum ordine digesturus composita simplicibus adjiciam; si horum supina non erunt in promptu, tamen in loco, quem iis daturus fuisset, composita

47) cf. Ruddim. I. 121.

48) Archiv für Alterthumswiss. Maerz 1842. Idem jam sensisse videtur Linacer I. p. 86. — Hudemannus voc. cum *πέδον* vel *πέλα* comparat.

49) cf. Ruddim. II. 283. 36 et 279. De insularum nominibus cf. Dietsch. ad Sall. Ing. 28. 6.

50) Lucilii fragm. inc. 129. Charis p. 39. Gerl. p. 95. scripsit: „cum illa fora ierant“, praefereus „cum illi fora ierunt.“

*inseram*. Quorum simplicia verba non exstant, ut *deliberare*, *percontari* <sup>61)</sup>, alia, eorum supina secundum literarum ordinem disponam. Primos ubique collocabo infinitivos futuri passivi, tum ire ceteraque verba intransitiva, denique transitiva cum supino conjuncta. Huic adjectos accusativos indicabo, de aliis objectis, quae dicuntur, separatim dicam.

## Conjugationis primae, quam vocant et primum

### §. 15. activae formae verborum supina.

- Accusatum me a. advenit* Ter. Phorm. II. 3. 13. *venire* Appul. Apol. 492. bis, *eum* accus. 483. (e rec. Oudend. ed Bosscha 1823 sq.).  
*aestivatum abigere* Varro R. R. II. 1. 16. ed. Schneider,  
*ambulatum abire* Plaut. Mil. II. 2. 96. *educere* Veget. r. m. I. 27.,  
*deambulatum ire* Cato ap. Cic. de or. II. 63. 256. *abire* Ter. Heaut. III. 3. 26.  
*obambulatum ire* Pl. Trin. II. 2. 34.,  
 (anxiatum Beroald. proposuit Appul. Met. IV. 82. pro *delassatum*).  
*Bellatum mittere* Nep. Con. II. 2.,  
*debellatum iri* Liv. 29. 14. 1. (*bellatum* quid. libri),  
*Cacatum decedere* Pompon. Bon. N. vepres Ribb. v. 130. (Guil. *cacabum*) *venire* Horat. Sat. I. 8. 38.  
*currere* Petron. 71. —  
*cantatum venisse* Hygin. fab. 165. *init.*  
 (occentatum Gronov. conj. Pl. Most. III. 1. 66. pro *extentatum*)  
*captatum me advenis* Pl. Poen. III. 5. 20.; V. 2. 73. *venire* Syri sent 253. ed Bothe,  
 (*disceptatum* Drak. scr. Liv. 35. 33. 8. sed *praefendum* videtur, quod Weissenb. posuit „disceptandum“ — *discessum* Lov. 6. *disceptum* Voss.),  
*castigatum, prosilui amicum* c. Pl. Trin. I. 2. 179.  
*catillatum polliceri* Pl. Cas. III. 2. 22. cf. §. 31 et 36.  
 („ubi *decuriatum* aut *centuriatum* convenissent“ Liv. 22. 38. 3. Duker, Lipsius, Wachius *poni* voluerunt, sed ea scriptura et libris *repugnat*, in quibus est „ubi ad“ et *eam* ob causam displicet, quod passiva supinorum in *tum* exeuntium vis a Livii certe ceterorumque illius aetatis scriptorum pedestrium oratione videtur aliena. Sed difficile dictu est, utrum sit cum Fabio et Weissenbornio „ad *decuriatum* aut *centuriatum*“ scribendum, an quod magis placet propter illorum substantivorum insolentiam — neque enim voc „centuriatus“ alicubi illam habet significationem, neque alterum vocabulum ullo alio loco reperitur — cum Madvigio opusc. II. p. 360. „ubi ad *decuriandum* aut *centuriandum*.“ Quod dicendi genus saepius a librariis cum supinis est confusum, cf. §. 21. Huic loco comparo Cic. I. act. in Verr. 18. 54 „*quae*-*convenit*-*censendi* causa.“)  
*Cessatum* Horat. Epist. I. 2. 31.: „ad *strepitum* citharae c. *ducere* curam“ Haec eleganter vertit Strodtmannus 1855. „und mit Saitengetön zur Ruh zu geleiten die Sorge.“ Quae Bentl. conjecit „certatim *ducere* noctes“ vel „cessantem *ducere* somnum“ iis non opus esse ostendit Th. Schmidius, nec Dillenburger, Krueger, alii receperunt. Supinum illud libris munitum cum „mansum“ et „quietum“ cf. §. 17. v. comparandum est, ducendi autem verbum etiam Catullus et Livius ad hoc dicendi genus adhibuerunt. Nuper Pauly (1855 ed.) cum Cruquio et cod.

51) cf. Doederlein. Erläuterungen zu dem Vocabularium 1852 p. 21.



- Goth. 2. in quo tamen „curam“ superscriptum est, posuit „somnum.“ Hoc si rectum esset, Mentelianum „cessantem“ recipiendum foret; neque enim „somnum ducere“ quod significaret vel<sup>52)</sup> idem quod quiete frui, vel quod somnum afferre<sup>53)</sup>, admitteret supinum. —
- cibatum iri Appul.,  
 clarare: declaratum iri Liv. X. 21. 15.,  
 clarigatum mittere Plin. H. N. 22. 2. 5.,  
 coenatum venire Dictys. IV. 16. init. ed. Ded., pergere Arnob. VI. 4. ed. Or., deducere Dict. II. 44 in.,  
 consideratum aliquid venire Dict. V. 6. fin.,  
 (consultatum Var. scr. Dict. III. 24. pro consiliatum),  
 coquinatum ire Pl. Pseud. 3. 2. 65. venire Aul. 3. 1. 3.,  
 cubitum ire Pl. Cas. IV. 4. 27. V. 4. 8., Pseud. 3. 2. 58., Truc. 2. 6. 66., Cato R. R. 143. 2., Varro L. L. V. 69., Cic. pro Rosc. Am. 23. 64. de Div. II. 59. 122., Plin. H. N. X. 21. 24. — Abire Pl. Amph. II. 2. 175., Most. II. 2. 55. Venire Lucil. Gerl. p. 85. 26. ap. Varron. L. L. VI. (V.) §. 69., sed videntur Varronis verba esse cf. Spengel. praef. XLI. — Concedere Appul. Met. I. extr. II. 30. p. 124. III. 51. p. 196. V. 90. p. 325. Discedere Cic. de Rep. VI. 10. 10. Se conferre Suet. Oct. 6. — C. reddita Appul. Met. II. 31. p. 126. (c-o vulgo) Praeterea vide Macr. Sat. 3. 12. 2. ed. Jan.,  
 accubitum ire Pl. Bacch. IV. 4. 103., V. 2. 85., Men. I. 4. 7., II. 3. 17., Pseud. III. 2. 102., Varro Fr. p. 310. (Bip.) N. esurigo,  
 discubitum ire Pl. Merc. I. 1. 99.,  
 excubitum mittere Sall. Jug. 100.  
 Damnatum iri Quintil. IX. 2. 88. (Spald.) cf. §. 28. Appul. Met. X. 213. p. 689.,  
 condemnatum iri Cic. pro Cluent. 26. 72.  
 datum<sup>54)</sup> iri Pl. Cas. III. 5. 56., Ter. Andr. I. 2. 5., Heaut. Prol. 29., IV. 8. 10., Hec. Prol. alt. 32. Caes. civ. I. 72. Cic. II. Verr. V. 29. 73 et 74., apud juriscons. cf. Forcell. thes. v. praestare, fin. Denique Caton. R. R. 146. 1. ubi haec leguntur: „ponderibus modiisque domini dato iri primae cotulas duas“ datum iri scribendum videtur. cf. Schneider. — Ire — operam datum Pl. Poen. III. 1. 9.,  
 (de „decuriatum“ cf. supra „centuriatum“,  
 deliberatum mittere Nep. Alc. I. 2.,  
 dicatum iri Liv. I. 7. 10.,  
 indicatum mittere Liv. 44. 15. 1. Weissenh. scr.: „litterasque extemplo ad utramque gentem sciret indicatum mitti.“ De supino non foret dubitandum, si tutum esset „sciret.“ Sigonius „ut scirent indicatum“ scribendo effecit participium. Drakenb. mavult: gentem senatusque consultum mitti.  
 („excusatum iri“ a quibusd. scr. Cic. Luel. 17. 63. pro „obscuratum“),  
 („exenteratum“ Pistor. „externatum“ Camerar. posuere Pl. Most. 3. 1. 66. cf. „extentatum.“ Verbi externandi, si quod fuit, vestigium est in participiali externatus).  
 Exulatum<sup>55)</sup> ire Pl. Merc. III. 4. 59.; V. 2. 43.; V. 4. 20. Liv. I. 41. 7.; I. 60. 2.; I. 50. 6.; V. 53. 8.; VII. 1. 9. Abire Pl. Trin. II. 4. 135. Curc. IV. 4. 3. Merc. I. 1. 43.; III. 4. 6. Rud. II. 2. 19. Liv. II. 15. 7.; 35. 6.; III. 59. 10.; XXVI. 3. 12.; XLIII. 2. 10. Aufugere Pl. Pseud. IV. 3. 18. Profugere Ter. Ad. III. 3. 31.  
 Flagitatum venire Cic. de or. III. 3. 18.,  
 efflagitatum auxilium proficisci Hirt. Afr. 22.  
 Habitatum rus h. abii Ter. Hec. II. 1. 27.; rus ex abeundi verbo pendet. Item: Argos h. concessit Nep. Them. 8. 1. — Migrare Ter. Hec. IV. 2. 13. Commigrare Pl. Trin. IV. 3. 77. Avehi Pl. Cist. II. 3. 27.,

52) cf. Verg. Aen. IV. 560.

53) Ut Hor. Epod. 14. 3.

54) Composita v., quae conjug. III. declinantur v. §. 18. post. „consultum.“

55) „Exulatum“ vetustam scripturam fortasse servandam esse dicit Ritschelius in Praef. ad Trin. XCII. —

hibernatum reducere Varro R. I. 8. 6., ducere Liv. X. 46. 9.  
hiematum redire Nep. Eum. 8. 1., discedere Dict. II. 7., reducere Nep. Agea. 3. 2., dividere  
Eum. 8. 1. cf. § 31. 1.  
Jugulatum iri Cic. ad Att. I. 16. 2.  
juvare: adjutum noctes ire Gell. 14. 6. 1.; tyranos a. venire Nep. Timol. 2. 4.; licentiam a.  
properare Sall. frag. hist. III. 22. or. Licin. 16.; aliqm. a. proficisci Nep. Eum. III. 2 et 3.; mit-  
tere. Pl. Cas. III. 3. 13.  
Lassare delassatum iri Appul. Met. IV. 82. p. 299.  
laudatum aqm. venire Cic. Verr. II. act. IV. 11. 24. —  
lavatum. Haec latior forma de purgando corpore dicentibus semper fuit in usu<sup>56)</sup>. L. ire Pl.  
Aul. III. 6. 43. Rod. II. 3. 51. Stich. IV. 1. 62. Ter. Eun. III. 5. 52. Heaut. IV. 1. 41. Horat.  
Sat. I. 3. 137 et 6. 125. L. accersere Ter. Eun. 3. 5. 44. — Contra,  
lautum Pl. Stich. IV. 2. 15. — „venias — Vasa lautum“<sup>57)</sup>. Ter. Phorm. V. 8. 80.: venias mihi  
precibus l. peccatum tum,  
legatum iri Cic. ad Att. X. 1. extr. (Or.) ad Quint. III. 1. 5. §. 18. Appul. met. IX. 184. p. 615.  
<sup>58)</sup>memorare: commemoratum foedus venio Pl. Ps. V. 1. 36.  
c. ire Appul. Flor. III. 16. 71. non est certum,  
militatum abire Ter. Heaut. I. 1. 65 — profugere id. Ad. III. 3. 31.  
<sup>59)</sup>Narratum ibat somnia Propert. III. 24 (II. 29.) 27. ed Lachm.,  
natum venire Cic. ad Fam. IX. 2. 5. Fest. v. piscinae,  
negatum iri Liv. II. 13. 3.,  
nominatum iri Lactant. cf. Sanctii Min. III. 11. p. 477,  
nunciatum venire Ter. Phorm. V. 8. 13., mittere Sall. Jug. 108. Liv. 44. 14. 11. Dictys II. 23  
fin. et 27 med., remittere, III. 15 med. denunciatum alicui — venire Liv. IX. 36. 14.  
Obscuratum iri Cic. Lael. 17. 63 (ita Or. Seyff. Nauck),  
obsonatum ire Pl. Stich. III. 1. 43. pergere Mil. III. 1. 154. mittere Cas. II. 8. 5.,  
obvagulatum ito. In XII. tab. Test. portus pro domo: cui testimonium defuerit, is tertiis die-  
bus ob portum o. ito<sup>60)</sup>,  
occupatum noctem transire Pl. Stich. III. 1. 34. — collem mittere Frontin. strat. I. 5. 14. (Dede-  
richii emend),  
oratum ire deam Pl. Poen. V. 3. 15. cf. Appul. de dogm. Plat. I. 569. p. 186., venire Pl. Amph.  
Pr. 50., Trin. III. 1. 10., Caes. G. VII. 12 et 32., Hirt. Al. 34 et 67., Cic. in Pison. 31. 77.  
Liv. 26, 27, 10. Dictys. II. 21 et 28., cum accusativo Liv. VII. 37. 5. (al. libri orantes), Dictys II.  
51 fin. — Id adeo te o. advenio Pl. Aul. IV. 10. 9. — opem o. conveniunt Liv. 22. 21. 3. Mit-  
tere Pl. Amph. Prolog. 20. Afran. v. 303. Ribb. N. de num. et cas, Sall. Jug. 24. in. Caes. G. VI. 32.,  
Liv. 24. 12. 2.; aliquid: Phaedr. IV. 17. 2., Tac. Ann. 14. 25. —  
ornatum noctes ire Gell. 14. 6. 1 et 5.,  
Pacificatum venire Liv. V. 23. 12.,  
(patrare) impetratum<sup>61)</sup> legare Gell. VI. (VII.) 14. 8. cf. Macr. Sat. I. 5. 14.,  
(piare) expiatum venire alqd. Cato Fr. p. 23. Lion, Prob. in Verg. V. 2. p. 348.,  
placatum deos egreditur Dictys V. 8. init.,  
ploratum venisse Cic. ad Fam. IX. 2. 5.  
exploratum ire Liv. 27. 26. 10., redire e alqd. Dictys V. 4., egredi e. atqd. ibid.<sup>62)</sup>. Mittere  
Nep. Dat. 3. 4., Sall. Jug. 54.; Liv. 7. 37. 8.; 10. 20. 8.; 22. 15. 4 et 42. 4.; 33. 7. 4.; 35. 4. 5.;

56) Hoc addendum est Struvianis l. c. p. 187 et 253.

57) Ita Ritsch. cum A. reliqui l. „una.“

58) „Mandatum,“ quod Dederich. in gloss. Dictysis p. 259. affert, participium est (l. 17.).

59) „Mutatum“ Lucr. I. 671. fuerunt, qui supinum esse opinarentur cf. adn. 81.

60) Ita legitur apud. Gothofr. p. 144 (qui — hic) et Lindem. p. 204. Nonnulli „obvagulatum.“  
Turneb. obvagulationem ito.“ Salmasianum „ei vagulatum itor“ refutavit Gothofr. Not. brev. p. 163.  
Antiqui coloris restituendi gratia proposuerunt Ursinus et Otto „obvagulationem ito,“ Funccius et  
Hauboldus „obvagulationem eitod“ Ceterum ejus verbi nisi supinum nihil reperitur. —

61) Olim falso scr. Pl. Mil. IV. 3. 35. pro impetrare.

62) Operarum vitio in ed. Drak. Liv. IV. 27. 10. „profectus exploratum fuerat pro „profectos.“

37. 34. 6.; 43. 10. 3. — Dictys. II. 45., VI. 7. Dimittere Liv. VIII. 7. 6. (missi Hav.), praemittere Sall. Jug. 105.,  
 postulatam adire Pl. Bacch. 3. 3. 28. venire alqd. Caes. G. I. 31., mittere Sall. Jug. 33. Liv. V. 36. 8.,  
 potum venient-juvenci Verg. Buc. VII. 11., producere Varro R. I. 4. 19. agere Verg. Buc. 9. 24.,  
 Varro R. II. 2. 12.,  
 potatum redire Pl. Ps. V. 2. 28.,  
 praecipitatum iri Dictys. II. 8.,  
 praestinatam pisces abire Pl. Capt. IV. 2. 68.,  
 (privatum. Kayser<sup>63</sup>) Caecil. ap. Gell. II. 23. 10. conjecit: quae mihi quidquid placet eo privatum it [nec volt mihi] servatum. Similiter Spengel. Ribbeck rel. v. 148. — eo privat, servatam velim?),  
 probatum iri Cic. ad Att. XIII. 25. 3.,  
 comprobatum iri id XVI. 14. 1.,  
 procare; procitum Liv. Andr. Fest. procitum Bothe 16.: matrem p. plurimi venerunt. Dictum est ut artitus pro artatus, impetritus pro impetratus.,  
 pugnatum vocare Varro L. L. IX. 164.,  
 depugnatum ire Cato Fr. 24. ap. Macr. Sat. XI. 1. 6.,  
 expugnatum ire aliquid Justin. 38. 7., qui ad Trojam e. ierunt Inscr. Hygini fab. 97.,  
 oppugnatum iri Q. Metell. ad Cic. (ad Fam. V. 1. 1.), delictum ire o. Pl. Bacch. V. 2. 52. cf. Liv. 28. 41. 9; 36. 3. 12. Si ad Thebas o. isset Hygin. fab. 73. cf. 74 et 173. Venire cum accus. Cic. II. act. Verr. 1. 31. 80., pro Tullio 8. 55. bis, Liv. 2. 10. 8.; 7. 30. 13.; 21. 41. 13.; 25. 18. 10.; 30. 8. 8. 61), Tac. Hist. IV. 23. (ed Spir. oppugnantium) (Sall.) decl. in Cic. 2., Hygin. fab. 68 et 72 et 193. ad castra o. venerat Caes. G. V. 26. — Aegyptum o. proficisci Nep. Eum. 3. 2. — Aricianam o. mittit Liv. II. 14. 5.,  
 purgatum aliquid ire Gell. X. 19. 3. alqm. venire Liv. 45. 20. 7.  
 Quaeritatum al. ire, Pl. Rud. 3. 4. 6f. aliq. venire Pl. Men. Prolog. 71. alq.-currere Pl. Merc. V. 2. 16.  
 Recuperatum patriam venire Justin. 18. 7.,  
 repudiatum iri Cic. de Inv. I. 38. 68.,  
 rogatum ire Varro R. R. II. 11. 12., venire Hygin. fab. 45., aliquem Pomp. Bon. N. septasia Ribb. v. 160., Macr. Sat. I. 2. 1. Mittere Caes. G. V. 36., cum accus. ib. I. 11.; VII. 5., Sall. Jug. 77., Cic. II. act. Verr. IV. 27. 63 bis.,  
 interrogatum venire Appul. Apol. 492 bis.,  
 prorogatum iri Cic. ad Att. VI. 2. 6.  
 Sacrare; obsecratum venire Cic. in Pis. 31. 77.,  
 sacrificatum ire Pl. Poen. I. 2. 107., Macr. Sat. I. 12. 6.,  
 saltatum venire Lucil. rel. Gerl. I. 28. N. cinaedi.,  
 salutatum ire Martial. II. 18. 4., deos atque amicos Pl. Bacch. II. 3. 113. cf. Cic. ad Att. II. 7. 2. — Introire Sall. Cat. 28. 1. (al. libri ad salutandum, salutandum). Venire Cic. ad Att. II. 8. 1. II. Phil. 42. 105. Martial. II. 18. 3. aliquem: Cic. pro Sulla 18. 52., pro Rose. Am. 20. 56., Liv. 45. 44. 5. (deos), Sueton. Oct. 64., Lamprid. Alex. Sev. 17., Gell. 16. 5. 9.; Macr. Sat. VI. 8. 20. Vade s. Martial. I. 70. 1. Deos s. domum devortor Ter. Phorm. II. 1. 82., Pl. Stich. IV. 1. 29. Deverttere Cic. ad Att. X. 16. 5. (al. div.). Mittere Cic. I. Cat. 4. 10.,  
 sedatum te s. it Pl. Curc. I. 2. 23.,  
 servatum ire socios Gell. VI. (VII.) 3. 44., proficisci s. illos Cato fr. 52. ap. Charis II. p. 190.,  
 conservatum iri Gell. VI. (VII.) 3. 47., socios c. pergere ibid. 7. (observatum iri conjectum est Cic. Lael. 17. 63. pro obscuratum iri.),  
 signare; assignatum iri Planc. ap. Cic. ad Fam. X. 18. 2.,  
 sistentatum Pl. Truc. II. 2. 15.: „advenisti huc s. cum exornatis ossibus“ (Gronov). Sistentatum, quod probavit Doederl. duobus libr. Vaticanis munitum injuria a Freundio v. omissum est. Ceterum verbum hoc uno loco invenitur; nam Tac. Ann. XV. 18. nunc legitur „quo secu-

63) Gottinger Anzeigen 1855. XXXIX. N. 9.

64) Liv. X. 26. 7. Pall. duo et alii libri pro eo, quod scribitur, oppugnaturi habent oppugnatum.

ritatem annonae ostentaret.“ Idem illud supinum Lipsius proposuit scribendum Pl. Most. 3. 1. 66. cf. extentatum.

spectatum ire ludos Nep. Reg. II. 1. Liv. 28. 39. 21, venire Cic. pro Sest. 59. 126. Tibull. IV. 2. 2., aliquid Varro R. R. I. 2. 10., Liv. 22. 14. 4., Val. Max. IV. 5. Ext. 2. — Proficisci Arnob. VII. 38. quo loco Orellius avertit Prud. c. Symm. II. 192. E. senatu redire Cic. pro Sest. 55. 117. Admissi Hor. A. P. 5. Ferre Pl. Curc. V. 2. 45. afferre Poen. Prol. 29. ducere aliquid Cist. I. 1. 93.

sperare desperatum iri Cic. ad Att. XI. 13. 4. (ita Or.),  
 spoliatum iri Caes. G. VII. 66., Cic. II. act. Verr. III. 33. 77.,  
 stare: praestitum vel praestatum iri apud jurisecons. cf. Fore. v.

supplicatum ire Pl. Perea 3. 3. 42., Cato Fr. 44. Fest sub corona. Liv. III. 7. 7 et 63. 5. X. 23. 1.; VII. 28. 8.; XXII. 10. 8., Val. Max 3. 7. 1., tibi ultro s. venio Pl. Aul. IV. 10. 22., s. Marti perginus Appul. Met. VI. 139. p. 465.

Tardatum iri Colum. de R. R. Praef.,  
 temptatum advenit Ter. Phorm. II. 3. 41. — Praeterea a nonnullis propositum est Pl. Truc. II. 2. 15. Ibi Acidal: ostentatum cf. sistentatum. Idem ostentatum in cod. Pyladis est Most. 3. 1. 66., pro:

extentatum, quod etiam Ritschellus scr. —  
 (tenuare: extenuatum eod. loco Rostius posuit),  
 tractare: attractatum Attius ap. Cic. de or. 3. 58. 218.: iterum Thyestes Atreum a. advenit. Ita Bibb. v. 198. cum Erl. et IV. cod. Lagom., Ellendt. attractatum. — A Lambino conjectum: „mecum altercatum,“ deleta voce „Atreum,“ sententia excludi ostendit Ellendtius. —

trucidatum iri Cic. de Div. II. 9. 22.,  
 turbare: perturbatum iri Cic. pro Rabir. VI. 18., ad Att. 12. 19. 2. de Inv. II. 45. 135.

Usurpatum ire Muc. Scaev. (?) ap. Gell. et Macr. Sat. I. 3. 9. cf. §. 5.

Vapulatum: cocium ego, non v. dudum conductus fui Pl. Aul. III. 3. 9. cf. §. 5.,  
 vastatum fines ire Catull. 66. 12.,  
 vectitatum Cato op. Fest. cetera: quem ego denique credo in pompa v. ire ludis pro cetera. Lion fr. p. 61 et Meyer fr. orat. p. 69. cum Scaligero praeferunt „v. iri.“  
 vestigare: investigatum exire Hygin fab. 190. med.,  
 (vexatum propos. est Appul. Met. 4. 82. p. 299. cf. delassatum).  
 (Ennii Ann. v. 351. Vahlen. ap. Donat. in Ter. Phorm. 2. 1. 57.: „Regni versatum pilam summamve columnam.“ Nescio an v. sit supinum. Scal. „regni vorsatam jam summovere columnam),“  
 violatum iri Cic. ad. Att. II. 20. 2. —

## § 16. Verborum deponentium I. Conj. supina.

(altercatum Lambinus coniecit pro „attractatum“ cf. §. 15.)

Aquatam. — Ire Cato fr. 21. N. gelus, Liv. 31. 42. Exire Hirt. Afr. 7. Egredi Sall. Jug. 93.,  
 progredi Frontin Strat. 3. 9. 3. — „Multitudo a. conveniebat“ a quibusdam scr. Bell. Gall. VIII. 41. F. Kraner 1853. „aquatorum“ posuit. — Mittre Hygin. fab. 169.,  
 aucupatum-concurristis Varro fr. 284. N. ignoscite.  
 auxiliatum venire Dict. IV. 3. fin., adventare III. 15. in.

Calumniatum ire Claudian. Mamerc. III. stat. an. c. 2., quem locum Cortius ad Sall. Cat. 36. indicavit.

comissatum ire Pl. Most. I. 4. 5 et 22., Stich. V. 7. 7., Liv. 40. 7. 5. — abire Pl. Most. IV. 2. 73.  
 Venire Pl. Pers. IV. 4. 19. Rud. V. 3. 66. Liv. 40. 9 et 40. 14. 5. Appul. Met. II. 37. (B. comensatum, Pal. Guelf. conversatum). Digredi Afran. N. protinus Ribb. v. 107. Sequi Liv. 40. 13. 2. Vocare Pl. Stich. V. 4. 4. Intromittere Ter. Eun. 3. 1. 52. Recipere Liv. 40. 10. 4.

Consiliatum-surgit Dict. 3. 24. in. (Crat. consultatum).  
 criminatum venire Liv. 2. 37. 3.  
 Epulatum deducere Dict. 5. 16. med.  
 Fabulari: confabulatum accedere Ter. Hec. I. 2. 107.  
 frumentatum ire Pompej. ap. Cic. ad Att. 8. 12. C. 1., exire Liv. 22. 32. 2. Venire Appul. de Mundo 750. p. 366. — Proficisci B. G. 8. 19., Hirt. Afr. 9. 11 et 67. Liv. 25. 13. 10. Egredi

- Liv. 26. 29. 20. Frontin. Strat. 3. 2. 9. Mittere Caes. G. 4. 32.; 6. 36. Sall. J. 56. Liv. 22. 23. 10.; 32. 15. 5.; 34. 26. 8.; inde f. circa horrea mittebat 31. 33. 6. Dimittere 22. 24. 4., ducere 7. 37. 10. furatum ire aliena Appul. Flor. II. 11. Venire Pl. Rud. I. 2. 23. Trin. IV. 2. 22. Cic. pro Tullio §. 48. bis.
- Gratatum ire hospiti Pacuv. ap. Serv. in Aen. V. 40. Ribb. v. 187. Gell. XII. 1. 2., gratulatum ire Jovi Gell. IV. 18. Venire Varro fr. p. 244. N. foetum. Cic. Phil. II. 25. init., in Pison. 22. 51., Liv. 3. 57. 7.; 38. 37. 4.; 45. 13. 12.; 45. 20. 7.; 45. 22. 1.; 45. 44. 5., „de“ Liv. 45. 20. 7. — Convenire Caes. G. I. 30., Liv. 45. 17. 6. Concurrere Cic. pro Mur. 41. 89. Proficisci Dict. 6. 12. Mittere Liv. 7. 38. 2.; 28. 39. 13.
- Hortari; adhortatum ibat. Appul. de deo Soer. 694. p. 162.
- (Injuriatum Lucil. II. 4. Gerl. N. p. 209; „inj. hunc in fauces invasse animamque Elisisse illi.“ J. videtur esse supinum, al. imparatum, in viriatum, inviriatum), insidiatum pergit Dict. 3. 15.
- Latrocinatum ire Pl. Trin. 2. 4. 198., lignatum ire Cato Fr. 21. N. gelus, Liv. X. 25. 6.; 40. 25. 4.; 40. 31. 9. Progredi 25. 34. 4.; procedere Frontin. Strat. 2. 1. 6. Dilabi Liv. 25. 39. 8.; 35. 51. 3. — Mittere Pl. Capt. 3. 4. 125.
- Mercatum ire Pl. Merc. I. 2. 82., II. 3. 23. Mittere Pl. Pers. 2. 5. 21., meridiatum venire Catull. 32. 3., mutuatum currere Caecil. Stat. II. Ribb. N. 474. 1.
- (Operatum Liv. I. 31. 8. participium videtur esse cf. Weissenb. I. c. et Haase ad Reisig. adn. 456. Aliter Drak. — Bentl. ad Hor. Od. III. 14. 6. „operaturum“ proposuit)
- opitulatum mihi ire Pl. Mil. 3. 1. 27.
- Pabulatum ire Liv. X. 19. 14.; XL. 25. 24.; 30. 9.; 25. 4.; 31. 9. Exire Liv. Epit. 57. fin. Prodire Pl. Rud. 2. 1. 6. Venire Caes. G. 7. 18. Egredi Liv. X. 3. 6. Progredi Caes. Civ. I. 48.; Liv. 25. 34. 4.; 28. 7. 6. Proficisci B. Gall. 8. 10. Procedere Frontin. Strat. 2. 1. 6. Dilabi Liv. 25. 39. 8.; 35. 51. 3. Mittere Caes. Civ. I. 4., B. G. VIII. 17. Liv. 6. 30. 4.; 23. 44. 6.; 33. 7. 8. Frontin. Strat. II. 13. 6. Emittere Caes. Civ. I. 81., percontatum ire C. Titius ap. Macr. Sat. II. 12. Meyer p. 158., Ter. Phorm. II. 4. 22., aliquid Hec. I. 2. 2. Mittere Sall. hist. fr. 3. 17. Non. 13. II. Liv. 35. 38. 8.; 38. 28. 5., Ammian. Marc. XIV. 6. 23., aliquid: (Cato) ap. Fest. percontatum fragm. p. 74., piscatum abire Pl. Rud. IV. 1. 7., (populari Liv. 34. 48. 1. Froh. a. 1534; populatum isse pro „populantem ille“ Liv. II. 48. 4. Heumannus propos.: in — agrum depopulatum transit. Drak., quamquam illam scr. non improbat, scr.: depopulandum. Pariter Weissenb. Idem dicendum est de loco 22. 21. 3. — VIII. 26. 1., ubi est „depopulaturum“ (Weissenb.), librario scribendi „depopulatum“ consilium fuisse existimat Drakenb.), —
- praedatum irier Pl. Rud. IV. 7. 16. cf. §. 28. med., P. ire Liv. I. 54. 2.; 23. 43. 7.; 28. 24. 8.; 29. 26. 1. Frontin. strat. 2. 12. 2. (emend. Deder.) Abire Liv. 3. 60. 4. (ire Gaertn.). Exire Nep. Alc. 8. 6. (Longol. p-am). Liv. 4. 36. 4.; 4. 55. 1.; 6. 21. 8. (p-i Gaertn.); 23. 44. 8. Proficisci Liv. 7. 31. 12.; 22. 3. 6. Frontin. Strat. 1. 5. 12.; 4. 5. 8. Descendere Liv. 3. 30. 4.; 10. 31. 2. Procedere (alii conc.) Hirt. Al. 10. Discurrere Liv. 35. 4. 2. Dilabi 25. 39. 8. Trajicere 2. 11. 2.; 27. 22. 9.; 27. 7. 16. Mittere Cato fr. 44. N. ferentarii, Liv. 5. 16. 3.; 24. 20. 1.; 27. 5. 1.; 27. 7. 16.; 29. 1. 14.; 29. 28. 11.; 38. 15. 10. Frontin. strat. 3. 16. 3. Dimittere Liv. 22. 13. 9. (misit Lov. 4.) 24. 20. 16. Ducere Liv. 9. 31. 7. (alii educ.); 34. 19. 9. Educere 34. 13. 2., precatum venire Liv. 8. 19. 10., mittere 7. 31. 3., deprecatum venire Auct. belli Hisp. 35., Cic. Lael. 11. 37., quem secutus est Val. Max. IV. 7. 1.
- Sciscitatum ire Gell. 12. 13. 4. (scitatum al.) — deos descendunt Liv. 45. 27. 8. Apollinem s. venire Val. Max. 7. 1. 2. Proficisci Hygini fab. 67; 109; 120; 122. Mittere Varro fr. p. 360. ap. August. c. d. 15. 19., Liv. I. 54. 5.; V. 15. 3.; XXII., 54. 5 et 57. 5. Qui Delphos petierunt sc. Hygin. fab. 88. fin., („scitatum oracula—Mittimus“ scriptura a Servio commemorata Verg. Aen. II. 114. in ed. min. Heynii et Wunderl. recepta. Meliores libros secuti „scitantem“ posuerunt Sueton., Ladew., Wagn., Freund, Pald. Nec certius illud voc. est, quod num usurpaverint orationis prosae scriptores, dubitat Drak., his locis: Liv. I. 54. 5, ubi habent Lips. Leid. I. Portug. pro sciscitatum, Gell. XII. 13. 4., ubi Hertz. scr. sciscitatum.)

speculatum ire Liv. 9. 36. 2. Venire 40. 25. 2.; 42. 25. 8. nunc pro „veniunt speculari“ nulla librorum auctoritate „speculatum“ scribitur. — Digressus S. Liv. 4. 39. 8., Weissenb., Drak, sed hic cum Sigonio degr. praetulit. Mittere Pl. Aul. 4. 1. 19., Varro frag. p. 271. N. vigiliae; Liv. 21. 29. 1.; 27. 5. 1.; 29. 28. 10.; 31. 33. 7.; 33. 6. 2.; 40. 30. 4.; Gell. IX. 13. Curtius IV. 10. init., Dictys VI. 13. Praemittere aliquid Sall. Jug. 108., Liv. 27. 42. 12. — prospiculatum mittere Liv. 3. 43. 2. (ed. ante Aldum spec.), (suffragatum Cic. II. Phil. 33. 82. Wernsdorf e conj. Ant. Augustini<sup>65</sup>). Illa si esset recipienda, „vocatur suffragium“ idem foret atque „ut suffragia ferret,“ quod sententiae repugnaret. Orellius scr. „suffragia“ supplet „feruntur.“<sup>66</sup>)  
 suppetiatum viciniam convocare Appul. Met. VII. 137. p. 458., proclamares s. ibid. I. 11. p. 51. (alii suppetiatim) ciere Met. VIII. cf. Forcell. v. pastorem s. ivit. VIII. 105. — decurrere IV. 70. p. 259.,  
 (tutum Sall. Jug. 102. 13. Curtius ex uno Vin. I., temere recepit, quod in cod. aliquot abest v-  
 cula „ob.“ — Scribitur: ob regnum tutandum arma cepisse).  
 Venatum ire Verg. Aen. 4. 117., Ovid. Met. 7. 805., Liv. Epit. 25. init. — Exire Hygin. fab. 18. Proficisci Nep. Dat. 4. 4., Dictys. 6. 8. Mittere Sueton. Tiber. 19. Vocare Pl. Men. V. 2. 82. Ducere (canes) Stich. I. 2. 82. Ejicere Varro Fr. 276. N. apertum. Ablegare Liv. 1. 35. 2. —

### §. 17. Verborum II. conjug. supina.

Auctum aliquid properare Sall. fr. hist. 3. 22. or. Lic. 16.  
 Cautum venire Liv. 2. 37. 3.  
 Debitum iri Juriscons. cf. Forcell. v. praestare fin.  
 Habitu. honorem ire h. Pl. Cist. 1. 1. 4., ire gratias Appul. Flor. III. N. 16. p. 71. (scr. v.),  
 prohibitum ire atqd. Cato fr. p. 77. Fest. Parsi., Appul. de Deo Socr. 694. 162.  
 Mansum hoc (= huc) m. veni Inscr. Orell. 4471 (anno u. 742),  
 monere: admonitum te id advento Pl. Aul. II. 1. 24. a. venimus te Cic. de or. 3. 5. 18.,  
 motum iri Liv. 23. 34. 12.  
 Nocitum iri Caes. G. V. 36.  
 Plere: completum aquam festinat Appul. Met. 6. p. 119. (Oudend. em.)  
 Risum, haec r. veni Cael. ap. Cic. ad Fam. 8. 14. 4.,  
 derisum advenit Ter. Eun. V. 2. 21., te d. venio Pl. Aul. II. 2. 46. Trin. II. 4. 47.,  
 irrisum atqd. venire Pl. Amph. II. 1. 40.,  
 sessum ire Cic. N. D. 3. 30. 74., de Or. 3. 5. 18., abire Pl. Rud. III. 4. 2., transire Suet. Caes. 39.,  
 incedere Pl. Poen. Prol. 10. S. venire conj. Scaliger Varro R. R. I. I. Schneider c. Gesnero:  
 fessum visere venissemus. — Ducere Pl. Poen. Prol. 20. Deducere Asin. Poll. ap. Cic. ad Fam. X.  
 32. 2. Recipere Cic. Cato 18. 63. (mscr. fessum),  
 obsessum turrim — proficiscitur Sall. Jug. 103. 1.,  
 de „possessum“ cf. §. 18. „sidere.“  
 sponsum vocare Hor. Epist. 2. 2. 67., Phaedr. I. 16. 1. Advocare Cic. or. in P. Clod. et C. Curion. fr. 3. 4.  
 Visum iri Nep. Att. 13. 5., Cic. de or. 3. 11. 42., ad Att. VII. 13. (a) 1. XV. 25., de Off. I. 14. 43. (feri i. videri d.) Brut. 24. 92., de Inv. II. 40. 117., ad Quint. 3. 6. 1.; II. act. Verr. 2. 17. 42. Tac. Ann. XI. 27., Plin. H. N. VII. 1. 6., Augustin. c. acad. 3. 7.,  
 v. aliquid ire Gell. 12. 1. 2., procedere Sall. Jug. 94. 5. — Metelli Argentilla uxor Summanum visum pergens-declinavi Orelli inscr. 4819. v. ducere Catull. X. 1. —

### Supina verborum III. Conj.

#### §. 18. Formae activae.

Actum. gratias a. mittere Liv. 29. 29. 13., gratias a. venire Dictys. 2. 47.,  
 actum iri Cael. ap. Cic. ad fam. VIII. 4. 4. Cic. II. act. Verr. I. 4. 9. pro Sest. 59. 125. ad Quint. 2. 8. 2. Liv. 8. 3. 30., Hirt. Afr. 45.,

65) Prodiit ea conj. ex Vatic. scr. „suffragiatum.“

- arcessitum alqm. iit Ter. Eun. V. 2. 53. Pl. Rud. IV. 4. 12. aliquem mittere Pl. Stich. II. 3. 42., Amph. IV. 2. (suppos.) 63. Ter. Andr. III. 2. 35., argutum iri Fest. v.
- Caedere: occisum iri Cic. ad Att. II. 20. 2.; IV. 3. 5., cantum provocare Ter. Eun. III. 1. 13., captum iri licet Sall. Fr. I. 15. or. Lepidi 21. Ita Cort. Gerl. Fabri, qui locum corruptum putat. Defendit scr. L. Mezger in Jahnn ann. 1854. p. 453. — Jacobs. ed 1852. cum libris scr. posuit: „raptum.“ id per „raptim captum“ interpretatus. — Sed propter ea, quae proxime antecedunt, „ne-ante capiamini“ illud „captum“ praefendum esse existimo., exceptum iri Cic. ad Att. 7. 22. 1., receptum iri Frontin. strat. 4. 1. 23.,
- cedere: concessum iri Cic. de Juv. II. 8. 27., cernere: decretum iri Cic. ad Att. XV. 9. 1., coctum ire Pl. Aul. II. 5. 46., Pseud. III. 2. 57., venire Aul. III. 2. 15., conducere ib. III. 3. 9., consultum mi ires Pl. Bacch. III. 6. 36., venire Varro ap. Appul. Apol. 474., Cic. de or. I. 60. 255., Liv. I. 20. 6. Mittere Nep. Eun. 6. 1., Them. 2. 6., Hygin. fab. 89. (dare). Deditum venire aliquid Sall. Jug. 28., (editum V. s. apud Appul. ef. redditum), perditum ire, adjectis accusativis „se, meos, rempublicam,“ aliis Pl. Truc. II. 7. 7. Aul. IV. 10. 6., Ter. Andr. I. 1. 107., Sall. Cat. 36 et 52., Jug. 31.; Liv. 32. 22. 6.; 26. 27. 10.; 39. 10. 4.; Tac. Ann. 4. 66., Gell. X. 6. 2., Appul. Met. VI. 128., VII. 145. — Populos trahis perditum Prudent. Pass. Rom. 262., quem locum indicavit Cortius ad Sall. C. 36., redditum iri Pl. Curc. IV. 2. 5. Juriscons. v. Forcell. thes. v. praestare fin., Cic. ad Att. VII. 1. 1.; pariter V. 15. 3. ib. Orellius pro corrupto „reddituro“ scribendum ratus non scripsit. Veniebam redditum, quod pepigeram Appul. Flor. III. 16. (al. editum), traditum iri Liv. III. 67. 1., Juriscons. v. Forcell. thes. v. praestare. Olim perperam scrib. Plin. Ep. II. 5. init. pro tradi.,
- defensum-patriam in pugnam betite Pacuv. N. betere Ribb. v. 255., socios d. pergere Gell. VI. (VII.) 3. 7. patriam d. revocare Nep. Hann. 6. 1., ductum iri Caes. Gall. VII. 11., Civ. III. 42., Serv. Sulp. de dot. ap. Gell. IV. 4. init. (adductum iri pro adducturum Liv. 25. 16. 7. in ed. priore Drak.), conductum venire coquum Pl. Ps. 3. 2. 15., deductum iri Ter. Ad. 4. 5. 60., Cic. pro Mur. 33. 69., filios d. venire. Cic. ib.
- Emtum ire Varro R. R. III. 7. extr. Gell. 17. 8. 8. aliquid: Ter. Phorm. V. 5. 9., Varro R. R. III. 17. 11. — Venire-aliquid Cic. II. act. Verr. II. 50. 124. Mittere-aliquid Varro R. R. III. 17. 5. exentum ire-aliquid Gell. X. 19. 3., depromptum ire cibum Pl. Trin. 4. 2. 102., esum se recipere Pl. Curc. II. 1. 12. Vocare Men. III. 1. 11., Stich. I. 3. 28.
- Factum iri Ter. Heaut. Prol. 19. Eo loco ille perrarus, ut videtur, infinitivus positus est propter haec quae antecedunt: „id esse factum hic non negat.“ Sequitur: „Neque se pigere et deinde factum iri autumat.“
- confectum iri Cic. ad Att. XI. 16. 1., interfectum ire hominem Gell. XII. 1. 9., madefactum iri Cic. de Div. I. 32. 68.,
- ferre (suere qui proponeret Cic. Phil. II. 33. 1. „suffragia latum“ cf. 8. 16. suffrag.), praelatum iri Augustin. c. Acad. 3. 7., quem locum indicavit Orell. frag. Cic. p. 471., prolatum iri Cic. ad Att. II. 16. 1., fututum ire Martial. X. 81. 1., XI. 7. 13., venire X. 81. 1.
- Gerere: suggestum ire Tertull. de patientia 1.
- Ictum iri Liv. 9. 10. 9.
- Jacere: dejectum ire-monumenta Hor. Od. 1. 2. 15., projectum iri Appul. Met. 9. 202. p. 660., rejectum iri Cic. ad Att. I. 13. 7., trajectum ire Frontin. Strat. III. 13. 6.,
- jungere: adjunctum iri Cic. ad Fam. XV. 15. 2.
- Laesum iri Q. Metell. ap. Cic. ad Fam. V. 1. 1., repetitum a Cicerone V. 2. 1.,
- linquere: relictum iri Sall. Jug. 112. Liv. Ep. 22. fin.,

lusum it Horat. Sat. I. 5. 48. Varro fr. p. 238. N. lusus: „ut magister dimittat lusum“ Doederlein. „lusum“ supinum esse arbitratus est, quod non diceretur „lusus“ pro ludo., illusum esse pueritiae Britannici Tac. Ann. 13. 17. (Ita emend. Lipsius. Mscr. illusum esse, inde Rhenanus illuisse.)

Minctum ire C. Titius ap. Macr. Sat. III. 16. 16. Meyer p. 158.

Altera forma „mictum“ quae etiam hoc loco in aliquot libris invenitur, scr. Hor. Sat. I. 8. 39. m. venire. — Haec adde Struvianus p. 261 et 208, ubi cum nactus et nantum componas.

mittere: admissum iri Liv. 3. 59. 3.

(De „nexum“ Liv. 8. 28. 2., dixi §. 5.)

Noscere: cognitum promissa - misit Sall. Jug. 93. 7.,

nuptum: ultro ibit n., non manebit auspices Plauti Cas. Prol. 86. Olim falso leg. Martiat. 3. 23. 19. pro nupturire. —

nuptum dare: Pl. Aul. Prol. 27. II. 8. 14., Cas. IV. 1. 12., Pers. III. 1. 55., Ter. Ad. 3. 2. 48., Val. Max. IV. 4. 10., VII. 1. 1., Hostis est uxor, quae ad virum n. datur Pl. Stich. I. 2. 83., quo dedisti n. ibid. 85. Plerumque accedit datus, cui puella detur, significans: Pl. Cist. I. 1. 44., Aul. II. 3. 4., IV. 1. 8., Cas. II. 3. 30., Stich. I. 2. 79., Trin. III. 2. 87., Ter. Andr. II. 1. 1., Hec. IV. 1. 13., Phorm. IV. 5. 8.; Nepos Paus. 2. 3., Dio. I. 1.; 4. 3. — Liv. I. 44. 9. 60., Liv. 23. 2. 6.; filiamque Romam n. Livio dedisset 67., Suet. Oct. 63., Val. Max. IV. 4. 9., VII. 1. 1., Ulpian. (a Drak. all.) XI. 8. 3., Tertull. de cor. 4.,

nuptum locare virginem huic: Ter. Phorm. V. 1. 25., pro quo Aurel. Vict. vir. illustr. 89. dixit „solenni nuptu filias locabant.“ A vetustioribus subst. „nuptus“ non adhibetur nisi originis repetendae causa. (Varro. L. L. 4. 21.)

nuptum collocare Pl. Trin. III. 3. 7., Caes. G. I. 18., Juriscons. cf. Drak. ad. Liv. 1. 40. 9. Idem Colum. de R. R. IV. 3. e cod. Sangerm. restitui vult pro eo, quod vulgo leg. „nuptui.“ Hoc ipsum „nuptui collocare“ inveni Hygini fab. 157. med. (ed. Scheffer 1674) — N. mitti Sall. hist. fr. II. 25. Gerl.

N. tradere Justin. 43. 3. Dictys II. 25. fin., ut Ilia reddita nuptum Ennius ap. Serv. in Aen. 3. 333. „more veteri pro data accipiendum, re ergo abundat.“ Vahlen. annal. v. 59.

Pastum ire Pl. Most. 4. 1. 22. Pers. 2. 5. 17. Exire Varro R. R. II. 4. 19., III. 6. 14. Phaedr. II. 4. 14. — Varro R. R. II. 2. 16 bis et II. 2. 19. in quibusdam libris est „in pastum.“ Item II. 2. 15.: p. prodire. — Cupiunt sequi matrem p. II. 4. 20. — Missae p. — mulae Hor. Sat. I. 5. 18., agere Varro L. L. V. 62. fin. — Exigere id. R. R. II. 4. 6 bis. — Propellere Liv. 25. 9. 6. Impellere Leg. Thor. fr. alter. apud Goesium p. 337.,

pellere: repulsum iri Cic. de Inv. 2. 39. 115.,

petitum ire Catull. 61. 153., gratiam Pl. Aul. II. 3. 69., aquam Liv. I. 11. 6. Venire atq. Liv. 9. 20. 7.; 45. 23. 1., Val. Max. 6. 9. Ext. 7. Flor. I. 44. (III. 10.) Dictys. VI. II. Aquam p. egredi Val. Max. IX. 6. 1., auct. libri de orig. gent. Rom. 20. cf. Krause fragm. hist. p. 176. Mittere p. aliquid. Pl. Curc. I. 1. 68., Liv. I. 15. 5. VII. 30. 3. 68., Justin. 38. 3. Hygin. fab. 126 et 169.,

repetitum: Helenam r. ire Hygin. fab. 98. Venire: Utrum r. Macedoniam veniret. Nep. Eum. 6. 1. Ita Nipperd. Koch 69., Plumas r. venire Hor. Epist. I. 3. 18. 70.). Res r. se venisse Liv. I. 22. 6.; III. 25. 6.; IX. 45. 6. Jure belli res r. proficisci Gell. 16. 11. 6, rep. eos prof. Hygin. fab. 63.,

ponere: praepositum iri Ter. Eun. I. 2. 59.,

66) Nuptu, nuptui al. Similiter pabulatu pro p-um Leid. 2. habet Liv. 6. 30. 4.; sessu pro s-um lib. Ox. Cic. Cato 18. 63.

67) Nuptam, nuptu, nuptui, libri al. — Item libri al.: Romae, Roma. Accusativus aequae positus est ac Caes. G. I. 18. in alias civitates n. collocare.

68) Liv. 7. 31. 3 pro „precatum“ in quibusd. libris est „petitum.“

69) Ultraj. ed. et Schottus r. iret, Lambin. conj. expetitam M., Bosius: repente in M., Staver. proponit repetita M-a i. e. revocata ad Olympiam.

70) Jos. Nerius Anal. I. 5. Tac. Ann. 14. 61. scribi vult „ut laudes repetitum venere“ pro „repetitum venerantium.“ Haec verba subditicia esse ostendit Nipperd.



premere: depressum ire Pl. Cist. I. 1. 39,  
(promere cf. emere).

Quaesitum ire Q. Catul ap. Gell. XIX. 9. 14. (Hertz). Weichert poet. Lat. rel. tribuit Licinio Calvo. — Arnob. V. 24. Tu tibi is laudem q. Ter. Heaut. 2. 3. 74., Gell. II. 29. 6. Venire Sall. Jug. 109. fratrem Pl. Men. II. 1. 7., Poen. III. 1. 18., Mil. II. 5. 32., Verg. Geo. 4. 449., Val. Max. V. 4. 1., Macr. Sat. I. 2. 5. — Proficisci Pl. Merc. V. 3. 98. — Dona q. properare Sall. fr. hist. V. 7. Geri. Prisc. 18. 4. 113. Dimissis - ad frumentum coemendum - non in Etruriam modo etc - sed q. in Siciliam quoque Liv. II. 34. 3. Hoc „quaesitum“ ut ineptum ejecturus Gronov. conjecit „sed trans fretum in S-am quoque.“ Aliter Drak. Restat Verg. Aen. 9. 241.: „si fortuna permittitis uti, Quaesitum Aenean et moenia Pallantea.“ De quo loco v. §. 32. fin., ex quaesitum - mores venis Pl. Stich. I. 2. 50.,

inquisitum ire. Cic. pro Scauro II. §. 23. i. in te venerit Cic. II. act. Verr. IV. 65. 145. (al. ad. inquirendum). Aliquem Dictys. VI. 9. missi de-; Liv. 40. 20. 3. — Proficisci Hyg. fab. 190. init. quietum abire Dict. IV. 16. V. 1.

Raptum iri Appul. Met. IX. 184. p. 615. R. ire codd. in Sall. fr. cf. „captum“ — aliquid Tac. hist. II. 6., Ann. IV. 1. 71) Capitolin. Macrin. V., Lamprid. Alex. Sev. I. cf. Appul. Flor. 4. 23. — Venire Syri sent. 186 Bothe. Pergere r. res Dictys. 3. 23.,

direptum iri Cic. ad Quint. I. 2. init., ad Att. IX. 9. 2.,

ereptum ire Pl. Cas. III. 6. 2., aliquid Pers. I. 2. 11., Sall. Jug. 85., Liv. 23. 41. 2. Plin. Pa-neg. 35. 3. Quam e. venit Ter. Eun. 4. 6. 14.,

praereptum venire sponsam Pl. Cas. I. 1. 14.

Rumpere: Proruptum Verg. Aen. I. 246.: fontem — Timavi, Unde per ora novem vasto cum mur-mure montis It mare proruptum.“ Vossius ad Bucol. 8. 6., quem secutus est Ladew., supinum esse p. existimat; nec profecto interpretes cum Wunderlichio: — „(aqua) — in unum flumen collecta maris speciem refert,“ nam et parum verisimile est, flumen mare esse dictum, neque placet proruptum mare quod ut „proruptus Vesuvius, proruptus sanguis, sudor“, significaret „ein hervorbrechendes Meer.“ Id igitur copulatum cum „unde“ h. e. ex fonte, quam absurdum fuerit futurum, cuivis facile patet. Sed ne supinum quidem ab omni dubitatione tutum est, quod Timavus dici vix potest mare prorumpere, pro „perrumpere.“ Nam illud verbum cum alii tum Vergilius cum praepositione conjungere solent, ut Aen. 7. 32. Tiberinus — in mare prorumpit etc. Georg. I. 98. autem, quem locum affert Vossius l. c. „proscisso quae suscitatur aequore terga — prorumpit atrata“ nunc eum B. scribitur: perrumpit. Idem vocabulum, quod in libris saepissime cum altero confundi docet Drakenb. ad Liv. 4. 29. 3 et ad Silium I. 473., hic quoque restituendum esse arbitror. — Ceterum cum hoc Vergilii loco comparandus est Horatianus ille cf. „dejectum“ —

Serere: Consertum Cic. pro Mur. 12. 26.: inde ibi ego te ex jure manu c. voco (manum Lamb. manu Lall.) et deinceps: ex jure manu c. vocasti, inde ibi ego te revoco.“ Item de or. I. 10. 41. Et vetustiora Ennii a Cicerone ad Fam. 7. 13. 2 et Gell. 20. 10. 4. allata: non ex jure manum (manu in Cratandrina, Victoriana I. et Graeviana minore) consertum, sed magi ferro Rem. repetunt. Annal. 276. Vahlen. Ut aliae juris formulae usu quotidiano tritae in brevius cogebantur, sic „ex jure manum consertum“ esse usurpatum ex Gellii l. c. discimus. Etiam Varro ejus locutionis facit mentionem v. lex.,

desertum iri Ter. Andr. 2. 3. 28.,

(serere Cato Rust. V. 4. aliquot libri „satum“ pro „satui“ habent: satui semen, — oleum mutuum dederit nemini.)

sidere: possessum: Carthaginem p. isse Cic. pro Balbo II. §. 5. (isse possessurum cod. Steph., esse profectum ed. ante Ernest.) Justin. 38. 7. — In bona Scipionis p. publice quaestores praetor misit Liv. 38. 59. 8. (p-a Voss. et Vov. I.)

solvere 72): absolutum iri Cic. II. act. Verr. II. 58. 142.

73) tollere sublatum iri Cic. ad Fam. 8. 13. 1., Hirt. Al. 19., Liv. 35. 13. 7.,

71) Vulgo captaverit. Illud primus Pichena e cod. Medic. scr. „raptum perit“ restituit. — Paschal. coeptaverit.

72) Solutum Liv. 24. 18. 5. Doeringius perperam pro supino habet cf. Fabri l. c.

73) Tactum iri Pl. Trucul. IV. 4. 33. Petiti conj. In cod. est „se hodie-re.“

trahere: attractum iri Cic. ad Att. X. 1. 3.

Vertere: eversum iri Dict. 2. 26. fin.; alios civitate e. irent (Sall.) II. Epist. ad Caes. 4. — Po-  
 testatem e. proficisci Sall. fragm. hist. 1. 15. (or. Lep.)

vincere: convictum iri Appul. Apol. V. 16. —

### §. 19. Verborum III. Conj. deponentium supina.

Locutum ire Varro L. L. V. 66. med.: hinc adlocutum mulieres ire ajunt, cum eunt ad aliquem locutum consulendi causa.,

(mortuum ivit pro vulg. „mortem bibit“ Salmas. librorum vestigiis insistens scribi voluit Tertull. de pallio cap. II. in Notis p. 105. (ed. Paris. 1622.) interpretatus: mortuum est, mortuum factum est. Idem vero ad Solin. p. 432. „in mortem ivit“ maluit. Neutrum improbavit Oehler p. 922., posuit tamen „et propinquitas maris juxta cum solo mortem vivit.“ Haec scriptura nec librorum fide nec sententia munita quum non placeat, aut ad vulg. redeundum aut alteramutram Salmasii conjecturam recipiendam puto. Quin illud „mortuum ivit“ Tertullianus scripserit, qui et aliis locis supinis sit usus, certe non ob stare puto locutionis novitatem. Quid enim ita est insolitum, ut ille dicere fuerit dubitaturus?)

Questum meas fortunas eo. q. Pl. Cas. II. 1. 14., de aliqua re Liv. 34. 62. 5. Venire Varro fr. 298. N. juxta, Cic. II. act. Verr. 1. 31. 80., Liv. X. 11. 11., injurias Liv. III. 25. 6., V. 36. 8., de: Liv. 26. 26. 8., 26. 29. 4., quem locum fere descripsit Val. Max. IV. 1. 7. — Id. V. 8. 3. Mittere Sall. Jug. 20., Nep. Chabr. 3. 1., conquestum venire de Liv. Epit. 54.

Ultum (iri fortasse aliquot Dictyis locis scribendum est cf. §. 28. med.) Neque dux Romanus ultum iit Tac. Ann. IV. 73. (Pichena: R-os) u. ire injurias festinat Sall. Jug. 68. Liv. II. 6. 3., Curt. X. 8., init. Tac. Ann. 12. 45.; 15. 1 et 49. hist. 1. 67. <sup>74</sup>) Quintil. XI. 1. 42., Justin. 38. 5. Appul. Apol. 511., Arnob. 3. 16. Dictys. VI. 7. (v. scr.) Neque ego vos ultum injurias hortor. Sall. fr. hist. III. 22. cf. §. 32. Ultum injurias rapiebat Dictys. I. 4. cf. §. 32. fin.

### §. 20. Verborum IV. Conj. supina.

Auditum ire Gell. 9. 15. 3., aliquem 18. 5. 3., currere-aliquem 3. 13. 2.

Cire: accitum auxilia mittere Liv. X. 4. 12., Dictys. 6. 12. venire-aliquem id. 5. 6.

Dormitum ire Pl. Aul. II. 4. 23., Curc. I. 3. 27., Most. III. 2. 4 et 16., Caecil. Stat. ap. Prisc. X. p. 888. Ribb. v. 96., Hirt. Afr. 88. Horat. Sat. I. 5. 48.; I. 6. 119., Martial. X. 84. — d. abire Pl. Pseud. II. 3. 70. Priusquam me d. conferam Cic. ad Fam. IX. 26. 1. — [D. dimittitur Hor. Epist. I. 7. 73.]

Haustum venire Amob. V. 1. (relata ad Valer. Antlat. cf. Krause ad fr. hist. 272.) — Accurrere Arnob. V. 6.

Punitum it. Appul. Met. 8. 165. (emend. Oudend.)

Scire: rescitum iri Ter. Ad. I. 1. 45.,

servitum matribus ibo Verg. Aen. II. 786., — tibi me abducito Pl. Pseud. I. 5. 106.

Venire: conventum iri Appul. Met. 6. 124. p. 425., inventum iri Cic. de Div. II. 7. 18. cf. adn. 93.

### §. 21. In supinis scribendis librariorum nonnunquam esse lapsos jam supra commemoravi cf. §. 18. nuptum, pastum, al. Cum gerundiis et participiis aliisque <sup>75</sup>)

74) Tac. Ann. 13. 44. Lipsius vol. „ultum isse“ pro „ultum esse.“

75) Ita in singulis pluribusve libris reperiuntur: Repeti pro repetitum Liv. 3. 25. 6., acciri pro accitum 10. 4. 12., comessantum pro comessatum 40. 7. 5., eodem modo orantim 7. 37. 5., oppugnantium Tac. H. 4. 23.; supplicum Liv. 3. 63. 5.; praedati 6. 21. 8., possessa 38. 59. 8., captaverit pro raptum ierit Tac. Ann. IV. 1. cf. var. scr. Cic. pro Balbo II. 5. 5. Spectaculum pro spectatum Liv. IX. 36. 2 et 22.; 14. 4., praedam pro p-um II. 12. 2., exploratores pro e-um VII. 37. 8.

esse confusa docent interpr. ad Liv. I, 49, 9; II, 48, 4; IV, 9, 11; VII, 37, 5; XXII, 9, 10 et 21, 3; XXIII, 35, 15, Ellendt. ad Cic. de or. III, 5, 18. Aliquoties Oudend. supina restituit cf. ad Met. I, 11, p. 51; II, 31, p. 126; VI, p. 119; VIII, p. 165; Flor. III, N. 16, 71; IV, N. 23. — Nec dubitandum est, quin recte scripserint Orellius, Halmius, alii Cic. II. act. Verr. 4, 65, 145: inquisitum. Minus necessarium videtur, quod Dederichius posuit „occupatum“ Frontin. Strat. I, 5, 14. — v. §. 28. in.

§. 22. In his tantis periculis fieri poterat, ut unum alterumve supinum librariorum imperitia perditum iret. Cui quae erepta, quaeve omnino intacta sint relicta, ex iis supra indicavi CLXXXV. in  $\overline{\text{tum}}$  exeuntia: quibus si addideris LVII. tantummodo ad infinitivum fut. pass. qui dicitur, adhibita, efficiuntur ducenta quadraginta duo, in quo numero non sunt XIV, de quibus non satis constat. Ex iis longe plurima (CXXXVIII.) prima, undeviginti secunda, septuaginta quinque tertia, novem quarta conjugatione, quam vocant, declinantur. Deponentium verborum I. Conj. triginta fere, tertiae quatuor, secundae et quartae nulla sunt.<sup>76)</sup> Intransitivorum aequae ac transitivorum verb. supina esse usurpata, locis allatis facile cognoscitur. —

### Caput III.

Qualium verborum supina in  $\overline{\text{tum}}$  exeuntia fuerint usurpata, in conspectu ponitur.

§. 23. Quoniam supina in  $\overline{\text{tum}}$  finita indicavimus, sequitur, ut de praecipua eorum significatione disputemus. Gernhardus l. c. p. 116 „significant“, inquit, „ea negotia, quae more recepta sunt et consuetudine certisque temporibus aut interdum vel aliquoties ab omnibus aut ab iis rite geri solent, quibus tribuuntur.“ Sed videamus singula:

1) Primum supinis significantur, quae omnes homines naturae necessitate faciunt: Esum, (coenatum, epulatum, obsonatum) potum, (potatum), quamquam „potum“ ita tantum usurpatum reperi, ut ad bestias referretur. Cubitum, (accubitum), cacatum, mictum. Ad haec proxime accedunt: visum, auditum, locutum (alloc.), lavatum, sessum.

2) Deinde negotia et munera, quae sunt quorundam ordinum vel hominum, primum militaria ut bellatum, pugnatum, (compos.) militatum, insidiatum, latrocinatum, ambulatum (Veget), obsessum, possessum, occupatum, auxiliatum, praedatum, frumentatum, lignatum, pabulatum, aquatum, trajectum ire, hiematum, hibernatum, quietum, excubitum, speculatum, exploratum, clarigatum, pacificatum, res repetitum. Aliorum publicorum aut privatorum munerum vocabula sunt: inquisitum venire (auctoritate senatus); laudatum venire dicuntur legati a

<sup>76)</sup> Jam hoc loco commemoro, supinorum in  $\overline{\text{tu}}$  finitorum minorem esse numerum. Inveni enim fere LXV. (XXII. primae, IV. secundae, XXXII. tertiae, VII. quartae conjugationis). XV. alia sintne supinis adnumeranda necne incertum est. — Deponentium verborum supina in  $\overline{\text{tu}}$  finita sex I. Conj., unum II. Conj., sex fere III. Conj., IV. Conj. nullum inveni. Verborum intransitivorum perrara sunt supina altera.

civibus missi; obvagulatam ire in XII. tab., salutatum venire etc. de salutatione matutina. Ad res domesticas spectant: Coctum, coquinatum, depromptum cibum, praestinatam, obsonatum, emtum, mercatum, conductum, vasa lautum. Piscatum, venatum. Latius patent habitatum, mansum, quibuscum est conferendum exsulatum. Ad vitam pastoriciam pertinent: potum vel pastum agere, haustum, abigere greges aestivatum. De rebus ludicris vel jucundis dicuntur: ambulatum (comp.), natatum, saltatum, cantum et cantatum, lusum, spectatum ludos, cessatum ducere curas. Ad rem divinam sunt referenda: sacrificatum, supplicatum, gratulatum, salutatum. Denique suum locum poscunt: nuptum, sponsum et obscoena quaedam vocabula.

3) Ea quae nec naturae necessitate nec statis negotiis, sed consuetudine et moribus vel ab omnibus vel a quibusdam verisimile est nonnunquam fieri:

- a) Oratum, rogatum, precatum, depr., obsecratum, flagitatum, postulatam, petitum, quaesitum et compos.; admonitum, adhortatum, impetratum, prociatum, accessitum, mutuatum.
- b) Interrogatum, sciscitatum, percontatum, quaeritatum, investigatum, cognitum, aucupatum, consultum.
- c) Consideratum, consiliatum, deliberatum.
- d) Nunciatum, narratum, confabulatum, commemoratum, salutatum, laudatum, gratulatum, actum gratias, gratias habitum.
- e) Adjutum, opitulatum, suppetiatum, auctum, operam datum, servitum, defensum, servatum, deditum, redditum, instructum, exornatum.
- f) Questum, conq., accusatum, criminatum, purgatum, lautum (peccatum), expiatum, placatum, sedatum, castigatum, ultum; prohibitum, depressum, cautum, perditum, eversum, vastatum, attractatum, injuriatum, calumniatum, vapulatum, captatum, risum, de-irrisum, illusum, contumeliam factum.

§. 24. Quorum verborum supina non fuerint in usu quaestio difficilis est. Praeter ea, quae ita sunt comparata, ut supina formari non potuerint,<sup>77)</sup> illorum verborum, quae nunquam ad hoc dicendi genus sed tantummodo ad unam vel plures earum constructionum, quae supini loco post movendi verba poni soleant, adhiberi Cap. VIII. ostendam, supina in usu non fuisse existimo. Ejusmodi verba sunt:<sup>78)</sup> Dicere, ostendere, demonstrare, appellare, exponere, docere, colloqui, vetare, jubere, suadere et dissuadere, monere, commendare, avocare et revocare, scire, perspicere, re — inspicere. Elicere, compellere, ejurare. Ferre, inferre, traducere, advehere, avehere, addere, complecti, componere, intercedere, intercurrere, persequi, maturare.

77) Ut meditativorum plurima, non omnia cf. Gabler, Jahrb. für wiss. Kritik 1835 N. 99. p. 797. 1835; inchoativa, multa alia verba potissimum intransitiva, deponentia, impersonalia, v. Struvium l. c. §. 24.

78) De infin. fut. pass. cautius judicandum est; nam quamquam nullius horum verborum reperi infinitivum futuri passivi, tamen unum et alterum verisimile est ad illud dicendi genus fuisse assumptum.

Jam ea verba, quae ab illorum natura, quae supra §. 23, 1 — 3. adumbravi, omnino sint aliena, ut verba affectum habitumque animi vel corporis statum significantia, ad supinorum structuram non fuisse accomodata, per se intelligitur. Eadem fere ratio est eorum, quae mentis actionem non ad alios homines vel movendos vel docendos pertinentem designant, ut reputo, sentio, ratiocinor, reputo, judico, arguor, conjicio, colligo, autumo, contendo, alia. —

## Caput IV.

### De scriptorum usu.

§. 25. Ut de scriptorum usu fiat judicium, cum ad argumenta librorum respiciendum, tum temporis, quo sint scripti, ratio est ineunda. Ac primum quidem eos, qui de re militari, de re rustica, de negotiis domesticis oratione aut pedestri, ut in primis historici, aut vincta illa quidem nec tamen sublimi et grandi uterentur, ut comoediarum, satirarum, epigrammatum, fabularum scriptores, probabile est, supina<sup>79)</sup>, quae et sermonum consuetudini convenirent et brevissimum efficerent dicendi genus, crebrius usurpavisse, quam qui philosophiae a vita quotidiana remotioris libros scriberent vel versibus a se sensa exprimerent vel grandioribus poematis res praeclare gestas concelebrarent. Sed haec non cadunt nisi in ea, quae scripta sunt ante Tiberii tempora. Ac primum vetustissimus quisque supina usurpavit, quae et inveniantur in formulis antiquissimis cf. cap. II. „obvagalatum, usurpatum, consertum“, et in fabulis Plauti<sup>80)</sup> et Terentii sint creberrima, et occurrant in reliquiis Caecilii, Afranii, Pomponii, nec a tragoediarum scriptoribus spernantur cf. cap. II.: „attractatum, proctum, gratatum, defensum“. Ennius consertum et nuptum, Lucilius cubitum, saltatum, injuriatum, C. Titius, qui aetate Luciliana inclaruit, percontatum et minctum posuit; Catonem septies, Varronem haud raro hoc dicendi genere esse usum supra ostendi. Cicero saepius quidem quam ceteri infinitivum fut. pass. posuit, sed extra eum rarius adhibuit supina. Plura insunt in orationibus (sedecim), in epistolis mirum videtur praeter natatum, ploratum, salutatum, dormitum nullum posse investigari, quum in pauculis aliorum epistolis, quarum exempla suis adjunxit, complura reperiantur, ut in Pompejana frumentatum, in Asiniana sessum, in Caelianana risum. In iis quae de oratorum arte et historia scripsit, praeter quatuor in sermonibus fere reperta, quibus libros „de oratore“ distinxit, ne unum quidem est; in philosophiae libris haec tantum: discubitum (de Div.), cubitum (de Rep.), deprecatum (Lael.), sessum (N. D.), nullum in libris de Off., leg., fin. ceteris. Ex poetis, qui Ciceronis aetate floruerunt, Lucretius nunquam<sup>81)</sup>, Ca-

79) His omnibus locis supinum in tum desinens intelligi volo.

80) Cf. Lübker de usu inf. Plaut. p. 139 in opusc.

81) Neque enim Lucr. I. 670, 792, II. 753, III. 519, „nam quod cumque suis mutatum finibus exit, Continuo hoc mors est illius, quod fuit ante“ mutatum supinum est, ut quibusdam placuit, sed participium.

tullus quater supina admisit. Quibus ut proximae aetatis poetas adjungam, Propertius (narratum), Tibullus (spectatum), Horatius in carminibus lyricis (dejectum) singula supina habent, hic in ceteris poematis novem; in Vergilii Aeneide quatuor fere, in Bucolicis duo, in fabulis Phaedrinis tria, in Syri sententiis duo inveniuntur. Ex posterioribus poetis Martialis aliquoties, Juvenalis et Persius nusquam hoc dicendi genus adhibuerunt. Extremae aetatis poetae non omnino eo abstinuisse videntur.

§, 26. Multo magis amaverunt supina historici, Sallustius in primis et Nepos, tum Livius, Caesar, Hirtius; at sensim illarum vocularum usus evanuisse videtur, ut Vellejus Paterculus et, qui multo post fuit, Aurelius Victor ne semel quidem posuerint. Apud Valerium Maximum reperiuntur quidem octo, sed complura eorum translata sunt ex libris iis, unde non sensa solum sed etiam dicta assumsit<sup>82)</sup>; ab ipso praeferuntur gerundia vel gerundiva. Haec et participia futuri Curtius saepissime, supinum bis terve tantum (speculatum, ultum) movendi verbis addidit; itemque Tacitus, qui singulari modo quibusdam supinis est usus<sup>83)</sup>, Suetonius, qui tantummodo quaedam vulgaria habet, ut nuptum, venatum, cubitum, salutatum, sessum, Florus, in cujus libris unum est „petitum“, ceteras constructiones, de quibus cap. VIII. dicam, praeposuerunt. Plura nec tamen multa supina reperiuntur in Justini et Frontini libris. Alii postremae aetatis historici, ut Ammianus Marcellinus et scriptores historiae Augustae praeter pauca a plerisque trita, ut salutatum, raptum, haud saepe usurpant, multo saepius Hyginus in fabulis, saepissime Dictys Cretensis, Sallustianorum imitator, qui quaedam nescio primusne usurpaverit, an ex iis Sallustii libris, qui nobis perierunt, petiverit, ut coenatum, auxiliatum, insidiatum, epulatum, consideratum, consiliatum, quietum, placatum. De historicis hactenus. Ceteri, qui oratione prosa post Augusti aetatem in libris scribendis usi sunt, praeter paucos perraro, quantum scio, supinum prius posuerunt. In Plinii minoris et Petronii libris singula tantum, in Quintiliani inst. or. duo (damnatum iri, ultum) occurrunt, in Senecae epistolis ne unum quidem. Aliquanto saepius Plinius major supina videtur adhibuisse. Ab his separandi sunt, qui Antoninorum temporibus floruerunt, Gellius et Appulejus, quorum illum multa, etiam plura hunc supina habere non mirabimur, si alterum multa ex antiquissimis literis recepisse<sup>84)</sup>, alterum vetustissima quaeque et vocabula et locutiones imprimis a comicis poetis mutuatum esse<sup>85)</sup> reputaverimus. Quod quum ita sit, nescio an aliqua ex iis supinis, quae soli usurpaverint, in usu antiquissimorum scriptorum fuisse recte statuatur, ut Appulejana: adhortatum, interrogatum, suppetiatum, completum, alia, Gelliana: impetratum, exemtum, ornatum, interfectum.

82) Cf. Val. Max. IV. 1, 7 et IX. 6, 1 cum Liv. 26, 29 et 1, II. — IV. 7, 1 cum Cic. Laelio XI. 37.

83) Cf. ultum, perditum, raptum, illusum v. §. 27. Praeterea oratum, oppugnatum.

84) Ita supinum „servatum“ apud Catonem, „gratum“ in Pacuvianis reperitur.

85) Cf. Ruhnken. praef. ad Appul. p. II. et III. conferantur supina habitum et commoratum cum Plautinis, prohibitum cum Catoniano, accusatum cum Terentiano.

Agmen claudant Christiani scriptores Tertullianus, Arnobius, Macrobius, qui aliquoties movendi verbis supina subjecerunt.

## Caput V.

### De verbis Supina regentibus.

Supina a verbis se aut alterum movendi<sup>86)</sup> iisque regi, quae ad ejusdem significationis similitudinem accedant, quamquam cap. II. in supinis afferendis ostendi, verbis illis quovis loco insertis, tamen, ut res sit in conspectu et de quibusdam difficilioribus ea occasione exponatur, hunc locum separatim tractabo.

§. 27. Primum igitur de intransitivis verbis dicturo occurrit eundi verbum, quod quum saepissime supina habet adjuncta et ita quidem nonnunquam, ut cum iis paene coaluisse videatur (cubitum ire), tum supinorum vi praevalente, quodammodo auxiliaris verbi naturam induit, ut „perditum ire“ videatur esse, quod perdere velle, vel perditurum esse. Hoc dicendi genus a Cicerone, Caesare, Nepote, Hirtio alienum maxime Sallustium<sup>87)</sup> et Tacitum, tum Plautum, Terentium, Vergilium (servitum ire), Livium, Curtium, Appulejum, Gellium, scriptores hist. Aug., Arnobium usurpasse cernitur ex iis, quae cap. II. commemoravi v. sup. „ultum“ perditum, raptum et ereptum, quaesitum<sup>88)</sup>, illusum (Tac.), calumniatum (Claud. Mam.), cf. Krueger. Gramm. §. 483., Kuehner. §. 130. a., Zumpt. §. 669.

Idem dicendi genus inferioris aetatis scriptores non iis supinis, quae modo commemoravi, continuerunt, sed ad multa alia translatum, quum consilii futurique temporis significatio revera non omnino amitteretur, specie praes. temp. quandam infinitivam effecerunt. An multum differre putaveris: adjutum ornatumque volo ire Noctes tuas, Gell. 14, 6 in. ab; adjuvare volo? cf. XII. 1, 9. Ita paulatim „amatum ire“ et similia pro infinitivis futuri usurpari et a grammaticis eo nomine poni coepta sunt, cf. Diomed<sup>89)</sup> p. 332. P., p. 345. 354., Charis. p. 144. 147. 149. 145.<sup>90)</sup>, Macrobr. de diff. XIX. 23 ed. Janus, inc. auct. de verbo VI. 3. 6 et 7. Prisc. p. 1265., p. 1315., p. 864. P.: „sciendum autem, quod in um desinens supinum accepto verbo infinito, quod est ire, facit infinitivum futuri, ut oratum ire, dormitum ire“ etc.<sup>91)</sup>. Frequenter tamen antiquissimi neutro (neutri?) participio futuri ad-

86) Ruddimanno II. p. 257. commemoratu dignum visum est, etiam e participiis pendere supina. Id quod frequenter usu venit cf. Cic. pro Sest. 55. 117: spectatum-redeuntibus, Sall. fragm. V. 7. Gerl. Liv. 22, 32, 2; 27, 5, 1 et 42, 12; 29, 7, 6; 33, 7, 8; Frontin. Strat. 4, 58 etc. Item antecedunt infinitivi, ut Martial. II. 18, 3 — 4. tu diceris isse Ante salutatum etc. Passivum verbi intransitivi, ut Maer. Sat. I, 12, 6. ad Annam-sacrificatum itur.

87) Cf. Dietsch. ad Sall. Cat. 36. p. 137, ad Jug. 85, 42.

88) In mea vita tu tibi laudem is quaesitum. Terent.

89) Mire idem „fore vel futurum esse vel futurum ire“ p. 355., et iturum esse et iturum ire p. 356., cui etiam passivum addit „itum iri“.

90) h. l. pro exercitum „iri“, „ire“ scribendum ut p. 148. pro „inf. fut. pass. pressum ire“: activum.

91) Schol. ad Horat. Epist. I, 2, 31 adeo „cessatum ducere infinitivum a futuro“ esse putavit.

debant esse et infiniti futurum significabant oraturum esse pro oratum<sup>92</sup>. cf. Prisc. de gen. p. 1315. P.

§. 28. Huic infinitivo, quem statuunt, futuri activi, apponunt inf. fut. pass., qui etiam nunc eo nomine designatur ac certe quovis tempore vices ejus sustinuit cf. Charis. p. 145. 146. 149. P., Macr. l. c., Diom. p. 349. 350. 351. 355. P., Priscian. multis locis<sup>92</sup>).

Hic non omittendum est, fuisse, qui in locum infinitivi illius „amatum iri“ substituerent „amandum esse“ v. Diomed. p. 347. „amatum iri vel amandum esse“. Hoc neminem posuisse ante Lactantium et Hieronymum Madvigius ad Cic. de Fin. I. 2, 6 p. 15. sq. docens, de Divin. II. 7. „qui thesaurum inventum iri aut hereditatem venturam dicunt“ scribi jubet<sup>93</sup>). Ceterum a librariis saepissime ille infinitivus corrumpebatur, modo omittebatur iri, ut in quibusdam libris Liv. III. 67, 1 et X. 21, 15 modo „ire“ scribebatur ut III. 59, 3; XXIX. 24, 1 modo fieri, ut Cic. de Off. I. 14, 43; cf. Liv. X. 21, 15, modo participia arcessebantur v. Liv. VIII. 3, 10; cf. Orelli. ad Cic. fragm. p. 471., ad Epist. ad Att. V. 15, 3, XI. 13, 4.<sup>94</sup>).

Etiam alteram locutionem, quae ad illius infinitivi similitudinem accedit, fore et participium perfecti passivi, ut „debellatum - fore rebantur“, nonnullos a proba latinitate alienam habuisse, commemorat Fabri ad Liv. 23, 13, 6, a quo alatis locis addo: obligatum fore Cic. ad Fam. 13, 18 fin., spero perfectum fore ad Quint. 3, 1 §. 2., Cic. ap. Non. v. involvere Orelli p. 328, quod videret nomine pacis bellum involutum fore, Liv. V. 2 in. nec se fefellisse id donum inimicorum veneno illitum fore. Hoc quidem dicendi genus tum adhibetur, cum rem futuro tempore absolutam indicamus, quum altero iri ut aliquid fiat vel deinceps futurum esse aliquid significetur. Infinitivus igitur fut. pass., quem vocant, quamquam altera locutione erat usitatior, ne ipse quidem crebro adhibebatur. Nam praeter Plautum, qui ter, et Terentium, qui quater eo est usus, nemo quod sciam, poeta admisit; omnino ante Ciceronem a Catone solo (datum iri) est positus. Ex sexaginta octo locis, in quibus usurpatum inveni, triginta tres sunt Ciceronis<sup>95</sup>), quatuor in Caesaris, bini in Sallustii et Hirtii, novem in Livii libris reperiuntur. Singulos habent Plancius, Caelius, Q. Metellus, Servius, Sulpicius, Festus, Tacitus (visum iri), Frontinus, Gellius, duos Dictys, novem Appulejus. Alii ut Nepos, Vellejus, Valerius Maximus, Suetonius, Plinius minor nusquam illum infinitivum usurpaverunt.

Deponentiis in verborum nullum ad eam constructionem est accessitum. Nam loco Plautino Rud. IV. 7, 16: „Mihi (scribe mi) istaec videtur praeda praedatum

92) Apud quem quae p. 1318. P. Krehl II. p. 478, 70 leguntur: „futurum per participium simile et per iri verbum, ut amatum iri, doctum iri, lectum iri etc.“ emendanda sunt, ut scribatur „per participio simile“.

93) Ernestius et Hotting. cum tribus cod.: „inveniendum“, participium fut. pass. de eo, quod fieri posset, dictum esse opinati. Moser de Kayseri conj. „qui te thes. inventurum“ scripsit.

94) In ed Juriscons. Torrent. pro „traditum iri“ etc. „traditu iri“ scripsit scripturae compendio deceptus, v. Forcellini thes. „praestare“ fin.

95) Nonnulla saepius usurpavit, visum iri octies.



irier, ut cum majore dote abeat quam advenerit“ supinum a verbo activo<sup>96</sup>), quod Priscianus p. 799. fin. P. in antiquorum usu fuisse testatur, est repetendum, et ipsa constructio comparanda cum loco Quintiliano, de Inst. 9. 2, 88: „Reus parricidii-damnatum iri videbatur“ et cum Catoniano Gell. X. 14, 3, in quo non infinitivus est, sed praesens indicat. „contumelia, quae mihi per hujusce contumeliam factum itur“<sup>97</sup>). His locis erat dicendum: „praedam, reum, quam“, nam pendent haec e supinis: quam rem vel obliti vel, quod magis placet, de industria non curantes scriptores illas vocolas constituerunt ita, ut subjectorum, quae vocantur, locum obtinerent. De ea re accurate exposuit Perizonius ad Sanct. p. 474. sq., qui de Plauti loco aliter sentiens a Scioppio positum „isthaec praeda“ propter sententiam comprobavit. At haec quidem stare potest servatis illis. Quum enim praedari nonnunquam idem sit, quod eripere, ut Hor. Epist. II. 2, 55, illorum sententiam hanc esse puto: illam praedam quidem amissum iri (scil. vidulo reddito), sed filia recepta et honeste desponsa, quod nisi praeda inventa non contigisset, plus lucri quam damni esse futurum.

Sed ad verbi eundi composita pergo. Abire a poetis comicis potissimum, exire<sup>98</sup>) ab historicis, inprimis a Livio cum supinis connectitur; redire (speculatum, exploratum), transire (sessum), adire (postulatum), introire (salutatum), prodire (pastum, pabulatum), non saepius quam semel aut bis supina habent adjuncta.

§. 29. Proximum est veniendi verbum cum supinis omnis generis a plerisque scriptoribus copulatum; advenire et adventare in comoediis potissimum; convenire aequatum Hirtius, gratulatum Livius dixit.

Minus saepe alia verba intransitiva cum supinis concurrunt: betere sive baetere defensum Pacuvius posuit; ex verbi cedendi compositis decedere et incedere in fabulis tantum, concedere, procedere, discedere apud historicos, hoc etiam apud Ciceronem supinis consociatum reperi. Item currere (comici, Petron. Gell.), accurrere (Arnob.), decurrere (Appul.), concurrere gratulatum (Cic. et Varro.). Aufugere (Plaut.), profugere (Ter.); digredi, e-et progredi (historici maxime), trajicere (iidem), dilabi (Liv.). Migrare et commigrare habitatum, illud a Terentio, hoc a Plauto dictum est. Idem et extremae aetatis scriptores pergere, idem, Cato, historici proficisci, idem solus prosilire, Varro et Livius sequi (comissatum), Martialis vadere, Lucilius invadere, Plautus avehi, deverti in fab. scenicis, devertere salutatum Cicero

96) Jure igitur in tabulis verborum declinandorum causa pueris conscriptis, deponentium infinitivi fut. pass. non indicantur. Neque vero omittendum est, apud Dictyn. VI. 1. in et VI. 7. fin. mscr. et ed. omnes praeter Obrechtianam „ultum iri injurias avi cupiens“ et „ultum iri cupiens Palamedis necem“ habere, itemque II. 37. tres mscr. „ultum iri cupiens injurias“. Dederich. cum Wopk. et. Obrecht. „ire“ scripsit.

97) Gerlach de orat. Lucilli p. 139. cum his Luciliana „euntur omnia vorsum“ comparat. Mihi haec diversa videntur.

98) Exire pastum Varro et Phaedr.

in epist., se conferre (dormitum) idem et Suetonius, se recipere esum Plaut., Hyginus Delphos petere<sup>99)</sup> sciscitatum posuit.

§. 30. Restant quaedam vel dissimiliora ceteris vel a quibusdam addubitata. Gellianum quidem „servatum ire socios niteretur“ non mirum videbitur ei, qui „niti in aëra, in vetitum“ apud poetas legerit; insignius videatur, quod Dictys „surgere consiliatum“ dixerit, sed hoc comparatum cum Plautino „prosilire castigatum“ a ceteris movendi verbis ad hanc structuram adhiberi solitis non admodum distat. Festinandi et properandi verba raro cum supinis copulantur, nec tamen nunquam, ut dicit Kuehner l. c. §. 130, 2. Nam et Appulejus Flor. IV. 23. eamque raptum festinabant, Met. VI. p. 119. arreptam completum aqua festinat, (Oudend. emend.) et Sallust. fragm. hist. 3, 22, or. Licinii 16. dixit: licentiam adjunctum properatis. Incerta est scriptura Sall. fr. hist. V. 7. Prisc. 28, 4, 113, ubi Gerlach. edidit: „Video ingentia dona quaesitum gratiae properantem“. Quaesitum ire est in ed. Ald. Bas. Col., apud Putsch.

§. 31. Jam dicamus de verbis transitivis. Ex quibus

1) mittendi v. supini societatem maxime appetivit, aliquoties in historico-rum maxime libris dimittere et praemittere. Admittere spectatum Horatius, emittere pabulatum Caesar, intromittere comissatum Terentius, remittere nunciatum Dictys habet. Simili legandi verbo Gellius, ablegandi Livius in illa constructione usus est. Ad illorum rationem accedere videtur, quod apud Nepotem (Eumen. 8, 1.) legitur: „ipse in finitima regione Persidis hiematum copias divisit“, ubi fuere, qui proponerent „dimisit“; quod non est necessarium, quum apud Caesarem aliosque „equitatum in omnes partes dividere“ similiaque inveniantur.

2) Ab his non longe distat dandi verbum, quod cum supino nuptum multi composuerunt cf. §. 18. „nuptum“, quo loco etiam verba tradere, reddere, locare cum eodem vocabulo conjuncta esse ostendi<sup>100)</sup>. Haec omnia a movendi significatione non abhorrent; nam si quis dat filiam nuptum, sequitur, ut vel mittat, vel ire jubeat, cf. Weissenborn. gramm. §. 323. adn. 1. Cum illis quodammodo comparari potest mirum illud Plautinum Cas. III. 2, 22: operam uxoris polliceor foras, Quasi catillatum flagitium hominis.<sup>101)</sup>

§. 32. Sequuntur verba vocandi et arcessendi. Ipsum v. vocare Plautus saepius, Varro (pugnatum), Horatius, Phaedrus (sponsum) cum supino connexuerunt, et vulgo dicebatur illud „manu certum voco“. Advoco Cic. (sponsum), convoco Appul., provoco Terent., revoco Nepos supinis adjunxerunt, ut Appul. proclamandi et ciendi verbis „suppetiatum“ sup. addidit. Accersere lavatum Terentianum est. A quibus non admodum discrepat recipere comissatum (Liv.), sessum (Cic.). Ne Sallustianum quidem prorsus dissimile est, fragm. hist. III. 22. (or. Lic. 17.): „Neque ego vos ultum injurias hortor“<sup>102)</sup>.

99) Hoc quamquam transitivum est h. l. commemoro, quod significationis causa cum verbis eundi, proficiscendi, al. componendum est.

100) Adde Appulejanum „cubitum reddere“. De „satum dare“ et „nexum dare“ cf. §. 18. serere et §. 5.

101) Doussa „quasi catillae“, dissentiente Salmasio.

102) Fabri (ad Sall. Cat. V. 9.) verbum „ire“ aut excidisse aut supplendum esse putat, sed v. ejusdem expl. p. 435.

Cognata sunt verba ducendi, agendi, ferendi, jaciendi, similia. Ex quibus primum a Plauto, Livio, Catullo, Horatio, composita abducere (servitum) a Plauto, deducere (sessum) ab Asinio Pollione et Dictye, educere a Livio et Vegetio, producere a Varrone, reducirere ab eodem et Nepote cum supinis copulantur. Plautinum „coctum — non vapulatum — conductus fui“ cum iis conferendum est, de quibus dixi (§. 31, 2.)

Agere pastum, potum, abigere aestivatum, exigere pastum, ejicere venatum Varro solus, propellere pastum, transjicere praedatum solus Livius, nec ferre et afferre spectatum quisquam nisi Plautus dixit. A vulgari usu recedunt: trahere perditum (Prudent.), ad indignationem ultimumque injurias rapere (Dictys.).

Restat locus Vergilianus (Aen. IX. 241.): „Si fortuna permittitis uti, quaesitum Aenean et moenia Pallantea: Mox hic — Adfore cernetis“. Ita Jahnus, Ladewigius, Suetonius, Paldamus<sup>103)</sup> scripsere et distinxere, nec placet, quod alii cum Heynio reliquerunt, participium „quaesitum (ad moenia)“ referendum illud ad „Aenean.“ Poeta dicens „si fort. permittitis uti“ i. e. si dimittitis. vel ut eamus permittitis, enuntiationi cuidam non positae sed cogitandae supinum videtur subjecisse. — Haec de verbis supina regentibus.

## Caput VI.

### De iis, quae ex supinis pendent.

§. 33. Supina non reguntur solum sed etiam regunt substantiva eaque, quae locum eorum obtinent, in accusativo aut in dativo posita, per praepositiones annexa, totas enuntiationes.

Accusativus ille, quum substantivum esse supinum considerantibus ab usitato dicendi genere maxime remotus esse videatur: habeatne sermo Latinus<sup>104)</sup> similia quaedam anquisituri primum indicamus gerundium cum casu verbi conjunctum; quamquam accusativus ejus rarius ita usurpatur<sup>105)</sup>. Deinde, quae cum gerundiis conferri posse existimat Madvigius<sup>106)</sup>, substantiva verbalia in *io* exeuntia, quae regant accusativum, et ipsa ad supinorum rationem faciunt. Neque enim assentior Gernharo op. p. 114—115. et Hoffmanno, illa inter se ita differre existimantibus, ut comparari nequeant: sed cognationem inter vulgaria substantiva in *us* finita et ea, quae in *io* cadunt intercedentem ad supina quoque pertinere arbitror, quae nec omnino verbalium pariter terminatorum naturam exuerint et activa vi induta ad substantivorum illorum, quae in *io* cadunt, significationem, quodammodo accedant. Ejusmodi verbalia in fabulis Plautinis potissimum reperiuntur<sup>107)</sup>:

103) Etiam Wagner, ni fallor.

104) Analogiam praebet lingua Sanscrita, in qua infinitivus in *tum* finitus, qui est proprie nominis accusativus, pariter atque supinum Latinum adjunctum habet accusandi casum.

105) Cf. Weissenborn. de gerundio etc. p. 113. adn. 236., Madvig. op. acad. p. 380.

106) Bemerkungen über versch. Punkte des Systems der lateinischen Sprachlehre 1843, p. 41. adn. fin.

107) Undecim locos, ex quibus unus est Caecili Statio, collegerunt Herzogius Exc. I. ad Caes. G. et Lübker de usu inf. Plaut. (gesamm. Schr. p. 31.). Quod Steinackero placuit in poetae versu apud Cic. de Rep. I. 18, 30. „signa observationis“ ne metrum quidem admittit.

Quid tibi hanc curatio est rem? Quid tibi hanc notio est, — tactio est. Quid tibi huc receptio est ad te meum virum? Ab his distat Pl. Truc. II. 7, 62: „quid tibi hanc aditio est“, ubi a praepositione accusativus videtur repetendus. Etiam magis diversa sunt ea, in quibus non est objecti accusativus sed regionis, ut reditus domum, domum reditionis spe, domum concursus, domum itionem<sup>108</sup>), ut urbium nomina substantivis subjuncta<sup>109</sup>): iter Brundisium Cic. Phil. V. 8., reditus Romam. ib. II. 42, 108, nocturnus introitus Smyrnam. ib. XI. 2. 5, discessus Arpinum ad Att. 9, 5, 1. Sed ut ad objecti casus redeamus, notum est, etiam dativum substantivis in io cadentibus subijci, „obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum“ Cic. Leg. I. 15, 42.<sup>110</sup>)

Ex his omnibus colligo, casus obliquos supinis analogia quadam esse adjectos. Accusativus quidem non raro, ut Krueger dicit §. 483, 1, sed saepissime sequitur, v. cap. II.<sup>111</sup>)

§. 34. Bini accusativi accedunt: Pl. Aul. IV. 10, 9: id adeo te oratum advenio, ib. II. 2, 24 te id admonitum advento. — Una accusativus et dativus Pl. Poen. III. 1, 9 sicine oportet ire amicos homini amantem operam datum. Ter. Heaut. II. 3, 74: tu tibi laudem is quaesitum, Appul. Flor. 3, N. 16 p. 71: quibus — gratias habitum — eam. Dativum solum adjunxerunt Plaut. Bacch. III. 6, 36: mi ires consultum male, Mil. III. 1, 27: mihi que amanti ire opitulatum; Pacuv. ap. Gell. XII. 1, 2: ut eant gratatum hospiti. (Cornel. Scipio Afr.) ap. Gell. IV. 18. „eamus hinc Jovi gratulatum“ cf. Liv. 45, 22, 1, Cic. Phil. II. 25. in., Gell. XII. 1. in.; Verg. Aen. II. 7, 86: Grajis servitum matribus ibo; Liv. IX. 36, 14: venerat denunciatum Fabio; Appul. Met. VII. 139 p. 569: supplicatum Marti — pergimus; Dictys. II. 27: nunciatum Iliensibus mittitur; id III. 15: auxiliatum Priamo adventaverat. —

Etiam praepositionibus copulantur substantiva: Cic. II. act. Verr. IV. 65, 145: quod inquisitum in te venerit. Hor. Sat. I. 8, 38: in me veniat mictum atque cacatum, quocum confero Petron. 71: ne in monumentum meum populus cacatum currat. — Pro aliquo precatum venire Liv. 8, 19, 10, deprecatum Val. Max. IV. 7, 1. — De ea — questum veniam Varro. fr. 298 N. juxta, item Sall. Jug. 20 fin., Liv. 26, 26, 8 et 29, 4; 34, 62, 5, Egit. 54; gratulatum de: Liv. 45,

108) De his dixerunt Haasius ad Reis. adn. 511., Herzog. ad. Caes. G. I. 5. In transcursu commemoro „domuitionis cupidi“ apud Lucil. 26, 63 N. p. 67. a Gerlachio, (domuitionis cod.), itemque apud Dictyn. I. 20. a Dederichio (Crater. domum demigrationem) scriptum esse, contra pro „domi reditionem“ domum r. Hygin. fab. 125. restitutum a Gronovio et fortasse restituendum esse Dict. II. 25; „domum repetitionem“ leg. apud Dictyn. II. 35.

109) Cf. Gronov. ad Liv. 31, 40, 10, Haase ad Reis. adn. 511., Kuehner gr. 8. 109. 5. qui abl. (Narbone reditus) rarius inveniri commemorat. Ceterum cum illis Plautinum „quid tibi huc ventio est“ comparandum est.

110) Cf. praeter Reisig. l. c. Fabri ad Liv. 23, 35, 7.

111) Nonnunquam objectum supplendum est cf. Nipperd. ad Nep. Eum VI. 1, sed hoc ipso loco cum Bardilio et Lambino Kochius 1855 recte scripsisse videtur „repetitum Macedoniam“. Locos supra indicavi cf. Cap. II. „salutatum, consultum“. Haec fuit causa scripturae tentandae Tac. Ann. IV. 63, ubi pro: „neque dux Romanus ultum iit“, Pichena scripsit „Romanos“. Contra accidit, ut ab Ursino, qui Varr. R. R. I. 2, 10 pro „spectatum veniant villas“ vellet „ad villas“, objecti casus tolleretur.

20, 7, nunciatum de: Dictys II. 23, speculatum de: id VI. 13; sciscitatum de: Hygini fab. 67. in. 109, 122, quaesitum de: Macr. Sat. I. 2, 5. — Venisse quaesitum ab — Sall. Jug. 109. Cum hoc comparandum est Catulli 59, (61,) 146: ne petitem aliunde eat: quo solo loco adverbium cum supino conjunctum inveni, dissimile iis adverbis, quae vocabulorum vim aut augeant aut minuant. Haec cum supinis nusquam copulari commemoravit Kuehner.

§. 35. Praetera enuntiationes varii generis ad supina referuntur, velut interrogandi causa. Sall. Jug. 54, 2: Iugurtha ubi gentium aut quid agitare, cum paucisne esset, an exercitum haberet, ut sese victus gereret, exploratum misit. — Nep. Eum. VI. 1: consultum, utrum. Id Them. II. 6: quidnam-sciscitatum. Quid: Varro. Fragm. p. 366. Bip. Liv. 5, 15, 3; 21, 29, 1; 22, 54, 5; 57, 5; 35, 38, 8, C. Titius ap. Macr. Sat. 3, 16, 15.

Sciscitatum, an Val. Max. 7, 1, 2. — Deinde sequitur infinitivus cum accusativo Sall. Jug. 108, 2: nunciatum mittit, paratum sese facere. Item Ter. Phorm. V. 8, 13. — Liv. X. 11, 11: venere questum, Samnites vastare cf. (Q. Metell. Numid.) ap Gell. XV. 14. Alterum dicendi genus: questum, quod reperitur Caes. G. I. 37. Gratulatum, quod Liv. 28, 39, 13; 45, 44, 5.

Jam enuntiationes ad consilium designandum adhibentur: Pl. Aul. IV. 10, 9; id adeo te oratum advenio, ut — ignoscas mihi. Item Caes. G. VII. 12. et 32, Hirt. Alex. 67., oratum ne Caes. G. VI. 32, Hirt. Al. 34, Liv. 26, 27, 10; rogatum ut Caes. G. V. 36, ne Varro R. R. II. 11, 12; postulatum ut Liv. V. 36, 8, ne Sall. Jug. 33, obsecratum ut Cic. in Pison. 31, 77; precatum ne Liv. 7, 31, 3, impetratum ut Gell. 7, 14, denunciatum ne Liv. 9, 36, 14; cautum ne 2, 37, 3.

Denique commemorandae sunt relativae, quae vocantur, enuntiationes, ad accusativum quendam non positum referendae: Appul. Flor. 3, 16: veniebam reditum, quod pepigeram. Dictys. 3, 15: remittit nunciatum, quae gesta erant.

## Caput VII.

Quomodo supina introducuntur, collocantur, cum aliis constructionibus variantur.

§. 36. Perraro particulae comparationi inservientes supina quasi introducunt, ut Pl. Cas. III. 2, 22: operam uxoris polliceor foras, Quasi catillatum flagitium hominis, Sall. Cat. 28, 1: sicuti salutatum introire ad Ciceronem.

§. 37. Raro unum supinum duobus conjungitur verbis, ut Liv. 27, 7, 16: praedatum in Africam aut ipsum trajicere, aut mittere. Multo saepius ex uno verbo pendent duo supina, ut Liv. 45, 44, 5: deos salutatum se dixit venisse et gratulatum. Item 45, 20, 7; 3, 25, 6; 5, 36, 8; 35, 51, 3; Cic. in Pis. 31, 77, Sall. fr. 3, 22 Gerl. Hor. Sat. I. 8, 38, Gell. XII. 1. in. XIV. 6. in. et fin.

Praedatum simul speculatumque — misso Liv. 27, 5, 1, item 28, 39, 13; speculatum magis inquisitumque missi, 40, 20, 3. — Non se expugnatum sed recuperatum patriam etc. Justin. 18, 7, Liv. 2, 37, 3: non criminatum venio sed cautum. Cic. de or. 3, 5, 18: etsi admonitum venimus te, non flagitatum, cf. Pl. Aul. III. 3, 9. — Cic. ad Fam. IX. 2, 5: venisse — ploratum potius quam na-

tatum. Tria supina concurrunt Liv. 25, 39, 8: pabulatum, lignatumque et praedatum — dilapsi.

Interdum hae voculae enunciationum ordine a verbis separantur, ut Pl. Men. II. 1, 7: quam ob rem — venimus? Fratrem quaesitum meum. Appul. Apol. 492: Utrum tu accusatum an interrogatum venisti? Si accusatum, tute argue, si interrogatum — etc. Ter. Heaut. III. 3, 16: abi deambulatum. Cl.: deambulatum, quo? — Sall. Jug. 108, 1: praemissus ab Jugurtha, postquam — audierat, orator et subdole speculatum. — Liv. 22, 54, 5: nuncium mittunt, quantae copiae essent, sciscitatumque simul. — Frontin. Strat. I. 5, 14: occupatum collem, qui erat in propinquo, modicam manum misit (scr. Ded.). Nonnullis locis accusativus e supino pendens longius distat, ut Nep. Dio. V. 3: Sed Dion — L. annorum imperium, munitum — navibus etc — profectus oppugnatum. — Cic. pro Tullio §. 55: Illi oppugnatum venturi erant? quem? Fabium — quo consilio?

§. 38. Aliquoties hoc dicendi genus structuris variandis distinguitur, ut una ex iis locutionibus, quas in eorum locum succedere posse capite VIII. ostendam, supinum aut subsequatur, aut, quod est rarius, antecedit. Gerundium raro ei consociatum esse commemorat Weissenborn. ad Liv. II. 34, 3. „dimissis passim ad frumentum coemendum, non in Etruria modo — sed quaesitum in Siciliam quoque.“ — Liv. 29, 28, 10: speculatum ad mare turbandosque egredientes ex navibus missi<sup>112</sup>). — Nec saepius incidi in participium futuri activi illo modo additum: Dictys V. 6. fin.: Non civitatem vestram consideratum Argis venimus, verum adversum vos dimicaturi. — Enunciationem adjectam ter inveni: Sall. fr. hist. I. 15. (or. Lep.) nisi forte tribuniciam potestatem eversum profecti sunt, utique jura — sibi extorquerent. Sall. fr. loco supra indicato: neque ego vos ultum injurias hortor, magis uti rem cupiatis. — Curt. IV. 10. init.

Substantiva denique eadem ratione apponuntur<sup>113</sup>). Sall. Jug. 108, 1: praemissus orator et subdole speculatum. Fest. v. piscinae publ.: ad quam et natatum et exercitationis causa veniebat populus. — Liv. I. 54, 2: praedatum atque in expeditiones iret. — Cic. or. in. P. Clod. et C. Curion. fr. 3, 4: accesserunt ita pauci, ut eum non ad concionem, sed sponsum diceret advocasse. Dictys. I. 4: quamquam atrocitas facti ad indignationem ultimumque injurias rapiebat. —

Reliquum est, ut capite VIII. de iis dicam, quae supinorum loco ponuntur, de infinitivis, gerundiis, ceteris, sed spatii iniquitate eam rem in aliud tempus differre coactus alteri hujus commentationis parti supinis in tu finitis destinandae praemittere constitui.

**Ern. Lud. Richter.**

112) Liv. 35, 33, 8 olim leg.: „accesseretur — ad liberandam Graeciam disceptatumque inter“. Nunc scr.: disceptandum.

113) Verba cum substantivis variandi causa alio modo componi docet Dietsch. ad Sall. Cat. 12, 2 et 16, 2.

**B e r i c h t**  
über  
**das Altstädtische Gymnasium**  
von Ostern 1855 bis Ostern 1856

---

**Erster Abschnitt.**

**Allgemeine Lehrverfassung.**

1. In dem verflossenen Schuljahre ist noch nach dem in den Programmen d. J. 1853 und 1854 mitgetheilten Lehrplane unterrichtet worden. Dass auch in diesem Jahre die Leistungen der Schüler in manchen Beziehungen hinter den Erwartungen der Lehrer zurückgeblieben sind, darf nicht gelehnet werden. Ob der neue Lectionsplan, welcher mit Ostern d. J. in's Leben tritt, die gewünschten und erwarteten Erfolge haben wird, muss den Beobachtungen späterer Jahre überlassen bleiben. Jedenfalls ist derselbe, so wie das wesentlich umgestaltete Abiturienten-Prüfungsreglement, sehr wohl geeignet, den Schülern des Gymnasii alle bisherigen begründeten oder nicht begründeten Entschuldigungen für ihre mangelhaften Leistungen von vorneherein zu nehmen. So mögen denn unsere Schüler namentlich folgenden Satz beherzigen, der in dem Prüfungs-Reglement ausgesprochen ist: „Je mehr die Schüler gewöhnt werden, nicht den Anforderungen, welche am Ende der Schullaufbahn ihrer warten, den stärkern Antrieb zu Anstrengungen zu finden, sondern vielmehr ihr Interesse am Unterricht, ihren Fleiss und ihre Leistungen, so wie ihr sittliches Verhalten während der Schulzeit als das eigentlich Entscheidende bei dem schliesslichen Urtheil über

Reife oder Nichtreife anzusehen, desto mehr wird das Abiturienten-Examen aufhören, ein Gegenstand der Furcht zu sein. Zu den sichersten Mitteln, dies zu erreichen, gehört eine angemessene Strenge bei den Versetzungen in die oberen Classen.“ — Die letzten Worte empfehle ich dringend auch den Eltern zur Beherzigung, welchen ihre Söhne nie früh genug aus einer Classe in die nächsthöhere versetzt zu werden scheinen, und welche dann oft, meistens zum grössten Nachtheile für ihre Kinder, durch einen Schulwechsel zu erreichen suchen, was nur durch Fleiss und sittlichen Ernst der Schüler und durch festes Vertrauen der Eltern auf den guten Willen der Lehrer erreicht werden kann und sicher erreicht wird!

2. Den Privatunterricht im Englischen hat Herr Dr. Seemann auch in dem verflossenen Schuljahre einer grossen Zahl von Secundanern und Primanern mit meistens erfreulichem Erfolge ertheilt.

### Uebersicht des Lehrplans während des verflossenen Schuljahrs.

F ä c h e r .	Classen und wöchentliche Stunden.								
	I.	II. a.	II. α.	IIIa.	III. b.	IV. a. b.	V.	VI.	Sa.
1. Religionslehre . . . . .	2	2	2	2	2	2	2	2	16
2. Lateinische Sprache . . . . .	8	2	2	9	9	9	9	8	70
3. Griechische Sprache . . . . .	6	6	6	6	6	6	—	—	36
4. Hebräische Sprache . . . . .	2	2	2	—	—	—	—	—	6
5. Deutsche Sprache . . . . .	3	3	3	3	3	3	5	6	29
6. Französische Sprache . . . . .	2	2	2	2	2	—	—	—	10
7. Philosoph. Propädeutik. . . . .	1	—	—	—	—	—	—	—	1
8. Mathematik u. Rechnen . . . . .	4	4	4	4	4	4	4	4	32
9. Geschichte u. Geographie . . . . .	2	3	3	3	3	3	3	3	23
10. Naturkunde . . . . .	2	1	1	2	2	2	2	1	13
11. Schreiben . . . . .	—	—	—	—	—	1	3	3	7
12. Zeichnen . . . . .	—	—	—	2	2	2	2	2	10
13. Singen . . . . .	2	2	2	1	2	2	2	1	14
Summa:	34	34	34	34	35	33	32	30	267
Durch Combination gehen ab:									25
									Wurden wirklich gegeben: 242



**Vertheilung der Stunden unter die Lehrer, wie sie gegenwärtig besteht.**

Lehrer.	I.	II. a.	II. α.	III. a.	III. b.	IV.	V.	VI.	Sa.
<b>1. Dr. Ellendt,</b> Director, Ordinarius von VI.	6 Griech.	4 Griech. Lect.	2 Gr. Ex.					4 Deutsch	16
<b>2. Müttrich,</b> Professor u. 1ster Oberlehrer. Ordinarius von I.	4 Mathem. 2 Physik.	4 Mathem. 1 Physik	4 Mathem. 1 Physik					3 Gesch. u. Geogr. 1 Naturk.	19
<b>3. Dr. Nitka,</b> 2ter Oberlehrer. Ordinarius von III. b.	6 Latein				6 Griech.	6 Griech.			18
<b>4. Fatscheck,</b> 3ter Oberlehrer.	4 Deutsch u. Philos.			2 Latein D. 2 Franz.	2 Lat D. 2 Franz.		5 Deutsch	2 Deutsch Lesen	19
<b>5. Dr. Möller,</b> 4ter Oberlehrer. Ordinarius von IV.	2 Geschichte	2 Gesch. 1 Geograph.	2 Gesch. 1 Geograph.	2 Gesch. 1 Geograph.		9 Latein 3 Deutsch			20
<b>6. Dr. Krahl,</b> 5ter ord. Lehrer. Ordinarius von II. a.	2 Religion 2 Lat. D. 2 Franz.	2 Religion 7 Latein	2 Religion	2 Religion 3 Deutsch	2 Religion				22
<b>7. Dr. Richter,</b> 6ter ord. Lehrer. Ordinarius von V.		2 Latein D. 3 Deutsch.	7 Lat. Pros. Gr. u. Exerc. 2 Latein D. 3 Deutsch				9 Latein		21
<b>8. Dr. Retzlaff,</b> 7ter ord. Lehrer. Ordinarius von II. α.		2 Gr. Exerc. 2 Franz. 2 Hebr.	4 Gr. Lect. 2 Franz. 2 Hebr.	7 Latein		2 Religion	2 Religion	2 Religion	23
<b>9. Schumann,</b> 8ter ord. Lehrer. Ordinarius von III. a.				4 Mathem. 2 Physik.	4 Math. 2 Naturk.	4 Mathem. 2 Naturk.	4 Rechnen 2 Naturk.		24
<b>10. Dr. Nesselmann,</b> Professor.	2 Hebr.								2
<b>11. Dr. Seidel,</b> Schulamts-Candidat.				6 Griech.		1 Schreiben. 3 Gesch. Geo.	3 Gesch. Geo.	8 Latein	21
<b>12. Rahts,</b> Schulamts Candidat.					3 Deutsch 3 Gesch. Geo. 7 Latein				13
<b>13. Rosatis,</b> Elementarlehrer.							3 Schreiben 2 Singen	3 Schreiben 4 Rechnen 1 Singen	13
<b>14. Stobbe,</b> Maler und Zeichenlehrer.				2 Zeichnen	2 Zeichnen	2 Zeichnen	2 Zeichnen	2 Zeichnen	8
<b>15. Pätzold,</b> Cantor.			2 Singen			1 Singen			3

## Zweiter Abschnitt.

### Verordnungen der Hohen Behörden.

1. Künftig darf ein Hilfslehrer nur am Schlusse eines Semesters und nach vorhergegangener dreimonatlicher Kündigung aus dem Lehrerverbände scheiden; fest angestellte Lehrer eben so nach sechsmonatlicher Kündigung. K. P. Sch. C. 21. Mai 1855.

2. Schüler und fremde Maturitätsaspiranten, welche sich zum zweiten Male bei der schriftlichen oder mündlichen Prüfung des Betrugers schuldig machen, sollen zu einer neuen Prüfung nirgends mehr zugelassen werden. Die Namen solcher Betrüger sind dem Königl. Provinzialschulcollegio anzuzeigen. — K. P. Sch. C. 9. Juni 1855.

3. Bestimmungen wegen einer d. 3. Septbr. abzuhaltenden Schulfeier in Bezug auf das 600jährige Bestehen Königsbergs. Magistrat Kgl. Hpt. u. Res. 27. Aug. 1855.

4. Zur Erinnerung an den vor 300 Jahren geschlossenen Religions-Frieden sollen die Schüler zu einer gemeinsamen Feier vereinigt und auf die Bedeutung des Tages aufmerksam gemacht werden. K. P. Sch. C. 14. Sptbr. 1855.

## Dritter Abschnitt.

### Chronik des Gymnasii.

#### 1. Persönliches.

1. Im Lehrercollegium ist keine Veränderung eingetreten.

2. Der Gesundheitszustand der Lehrer ist im Allgemeinen ziemlich befriedigend gewesen. Nur die Herren Dr. Nitka, Retzlaff, Richter u. Rahts haben in Folge ernsteren Unwohlseins den Schulunterricht auf längere Zeit aussetzen müssen, Herr Rahts vom 10. Septbr. bis 25. Octbr.

3. Unsere Schüler sind meistens von bedeutenderen Krankheiten verschont geblieben. Gestorben ist der Quintaner Richard v. Freyhold. Er war ein gut gearteter Knabe und liess Gutes für die Zukunft hoffen. Dem Gymnasium hat er nur drei Monate angehört.

#### II. Verschiedenes.

1. Das Sommerhalbjahr begann Dienstag den 17. April und endete Sonnabend den 29. September. Das Winterhalbjahr wurde Donnerstag den 11. October begonnen und wird Dienstag den 18. März mit der öffentlichen Prüfung und Entlassung der Abiturienten geschlossen werden.

2. Montag den 4. und Dienstag den 5. Juni revidirte der Geh. Reg.-Rath Herr Dr. Wiese aus Berlin die einzelnen Classen des Gymn. und nahm besonders von dem Unterricht in der Religion, dem Lateinischen, Griechischen

und der Geschichte genauere Kenntniss. Eine Lehrerconferenz, in welcher der Herr Geh. Rath seine Bemerkungen mittheilte, schloss die Revision.

3. Am 3. September fand die angeordnete Feier zur Erinnerung an die vor 600 Jahren stattgefundene Gründung Königsbergs im Altst. Gymn. statt. Herr Dr. Möller und Herr Oberlehrer Schumann hielten, jener den Schülern der drei oberen, dieser denen der drei unteren Classen dem Zwecke entsprechende Vorträge. — Am Sonntag den 2. September hatte sich das Gymn., in Verbindung mit dem Kneiph. Gymn., vertreten durch den Director Dr. Skrzeczka und den Unterzeichneten, den Oberlehrer Dr. Schwidop und Dr. Möller, an der gemeinsamen Feier der Stadt theilhaftig. Die Genannten begaben sich nach der gottesdienstlichen Feier nach dem Rathhause, wo die Glückwünsche für die Stadt dem Vorstande derselben dargebracht wurden. Der Unterzeichnete hielt eine auf das Fest bezügliche Anrede an den Ober-Bürgermeister Herrn Geh. Reg.-Rath Sperling, und der Director des Kneiph. Gymn. Herr Dr. Skrzeczka überreichte im Namen beider städtischen Gymnasien eine Votivtafel. Eine tiefer eingehende Beschreibung des festlichen Tages darf hier um so weniger eine Stelle finden, da alles darauf Bezügliche gesammelt ist in der Schrift von Dr. Aug. Schreiner: Königsbergs sechshundertjähriges Jubiläum. Königsberg, 1856.

4. Dienstag den 25. September waren Schüler und Lehrer des Altst. Gymn. versammelt, um das Andenken des vor 300 Jahren geschlossenen Augsburger Religionsfriedens zu feiern. Herr Dr. Krahe hielt einen Vortrag, in welchem er die Bedeutung des gen. Friedens für die protestantische Kirche Deutschlands nachzuweisen versuchte. Choralgesang und Gebet leiteten die Feier ein und schlossen sie.

5. Montag den 15. October wurde in hergebrachter Weise der Geburtstag Seiner Majestät des Königs gefeiert. Herr Dr. Möller hielt die Festrede, an welche sich Declamationen von patriotischen Gedichten durch Schüler der mittleren Classen und ein Vortrag des Primaners Tobias anschlossen.

6. Von Montag den 21. bis Freitag den 25. Januar besuchte der General-Superintendent Herr Dr. Sartorius die Religionsstunden sämtlicher Classen des Gymnasii, nachdem er Montag auch der Morgenandacht beigewohnt hatte.

7. Bisher ist nur von Ereignissen die Rede gewesen, welche das Gymnasium zu den erfreulichen zählen kann. Doch auch der Schmerz, ernste Trauer ist ihm nicht erspart geblieben. Am 7. October starb unerwartet der Königl. Provinzial-Schulrath Herr Dr. Giesebrecht an den Folgen der Cholera. In ihm hat das Gymnasium einen durch wahre Frömmigkeit, seltene Berufstreue und durch Nichts zu beirrende Unparteilichkeit ausgezeichneten Vorgesetzten verloren. Sein Andenken wird bei allen Lehrern des Gymn. dauernd erhalten bleiben! Am 11. October fand die Beerdigung statt, welcher sämtliche Lehrer unserer Anstalt beiwohnten.

8. Die Prüfungen der Abiturienten fanden zu Michaelis v. J. am 1. und 2. October, zum Theil noch unter dem Vorsitz des Schulraths Herrn Dr. Giesebrecht, statt. Die diesjährige Osterprüfung wurde am 29. Februar und 1. März unter dem Vorsitz des Königl. Provinzial-Schulraths Herrn Dr. Dillenburger abgehalten.

## Vierter Abschnitt.

**Statistische Nachrichten**

## A. Lehrercollegium.

Hierüber giebt die im vorhergehenden ersten Theile der Nachrichten aufgestellte tabellarische Uebersicht den nöthigen Nachweis.

## B. Schülerzahl.

Am Schlusse des Winterhalbjahrs 1854/55 waren in der Anstalt 347 Schüler. Den 15. September besuchten das Gymnasium 355 Schüler. Nach Michaelis befanden sich 367 Schüler in demselben, und gegenwärtig (1. März) haben wir noch 361 Schüler, und zwar in I.: 48; in II.a.: 28; in II.b.: 29; in III.a.: 41; in III.b.: 49; in IV.: 65; in V.: 54; in VI.: 47.

Abgegangen sind im verflossenen Schuljahre

## I. Mit dem Zeugniss der Reife zur Universität:

- a. Zu Ostern 1855:
1. *Gustav Crüger*, 19 $\frac{3}{4}$  J. alt (stud. Medizin).
  2. *Robert Dabel*, 21 $\frac{1}{2}$  J. alt (stud. Geschichte).
  3. *Friedrich Ehrhardt*, 22 $\frac{3}{4}$  J. alt (stud. Theologie).
  4. *Archibald v. Gramatzki*, 18 $\frac{1}{4}$  J. alt (stud. Jura).
  5. *Emil Magnus*, 19 $\frac{1}{2}$  J. alt (stud. Medizin).
  6. *Theodor Nitschmann*, 17 J. alt (stud. Jura).
  7. *Heinrich Ohlert*, 19 $\frac{1}{4}$  J. alt (stud. Mathematik).
  8. *Rudolph Preuss*, 19 $\frac{1}{4}$  J. alt (stud. Geschichte).
  9. *Theodor Schwarzenberger*, 19 $\frac{3}{4}$  J. alt (stud. Jura).
  10. *Paul Stolterfoth*, 16 $\frac{3}{4}$  J. alt (stud. Philologie?).
- b. Zu Michaelis 1855:
1. *Hugo Anckermann*, 20 $\frac{1}{4}$  J. alt (stud. Medizin).
  2. *Louis Bon*, 18 J. alt (stud. Cameralia).
  3. *Carl Ebner*, 22 $\frac{1}{2}$  J. alt (stud. Theologie).
  4. *Adolph Rich. Ernst Krause*, 21 $\frac{1}{2}$  J. alt (stud. Jura).
  5. *Carl Wilhelm Tobien*, 18 $\frac{3}{4}$  J. alt (stud. Theologie).

## II. Zu anderen Berufsarten oder auf andere Schulen:

Aus Prima:	9
- Secunda:	9
- Tertia a:	6
- Tertia b:	5
- Quarta:	4
- Quinta:	7
- Sexta:	2

Summa: 43

Gestorben ist: 1

44

Dazu die obengen. Abiturienten: 15

Gesammitsumme der Abg.: 59

Aufgenommen wurden zu und nach Ostern 1855: 43

zu und nach Michaelis 1855: 30

Summa: 73

Von den 361 Schülern, welche gegenwärtig das Gymnasium besuchen, sind 241 Einheimische, 120 Auswärtige.

Zu Ostern d. J. werden 9 Zöglinge der Anstalt mit dem Zeugnisse der Reife zur Universität entlassen werden.

### C. Lehrmittel.

I. Die Gymnasialbibliothek hat einen nicht unwesentlichen Zuwachs erhalten durch Ankauf von Schriftwerken aus dem Gebiete der Philologie, der Deutschen Literatur und der Religionswissenschaft.

II. Für die Schülerbibliothek sind den Fonds entsprechende Ankäufe zweckmässiger Lesebücher gemacht worden.

III. Von dem historisch-literarischen Leseverein haben beide genannte Bibliotheken auch im verflossenen Jahre recht werthvolle Bücher zugewiesen erhalten.

IV. Der physikalische Apparat ist vermehrt durch Ankauf eines Modells einer hydraulischen Presse, eines Apparats zur Bestimmung des Siedepunkts vom Wasser, einer Spritze von Guttapercha, welche zugleich Pumpe ist, und einiger kleinerer Gegenstände.

### D. Unterstützungs-Fonds für hilfsbedürftige Gymnasiasten.

I. Aus Beiträgen von Schülern der Anstalt:			
1. Aus Sexta (18 Beitr.) . . . . .	12	Thlr. 13	Sgr. — Pf.
2. Aus Quinta (34 Beitr.) . . . . .	16	„ 12	„ 6 „
3. Aus Quarta (20 Beitr.) . . . . .	17	„ 19	„ 6 „
4. Aus Tertia b. (20 Beitr.) . . . . .	21	„ 13	„ — „
5. Aus Tertia a. (11 Beitr.) . . . . .	26	„ 25	„ — „
6. Aus Secunda $\alpha$ (10 Beitr.) . . . . .	23	„ 25	„ — „
7. Aus Secunda a (12 Beitr.) . . . . .	17	„ 7	„ — „
8. Aus Prima (12 Beitr.) . . . . .	12	„ 29	„ 6 „
		<hr/>	
	148	Thlr. 24	Sgr. 6 Pf.
II. Von H. K. S. i. K. . . . .	20	„ —	„ — „
III. Von H. M. L. i. K. . . . .	6	„ —	„ — „
IV. Andere Einnahmen . . . . .	35	„ 13	„ 6 „
		<hr/>	
	210	Thlr. 8	Sgr. — Pf.
Bestand von 1854/55: . . . . .	24	„ 17	„ 1 „
		<hr/>	
Summa der Einnahme: . . . . .	234	Thlr. 25	Sgr. 1 Pf.
Ausgabe im verflossenen Schuljahre . . . . .	187	„ 6	„ 8 „
		<hr/>	
Es bleibt demnach Bestand: . . . . .	47	Thlr. 18	Sgr. 5 Pf.

Allen, welche durch ihre Beiträge die Unterstützung vieler hilfsbedürftiger Schüler möglich gemacht haben, der herzlichste Dank!

Das nächste Schuljahr beginnt Dienstag, den 1. April Morgens 8 Uhr. Zur Prüfung der in das Gymnasium neu eintretenden Schüler sind die Vormittagsstunden der zweiten Ferienwoche bestimmt.

**Ellendt.**

